

369. num. 5. & sunt verba intelligenda secundum grammaticalem sententiam, quod procedit non solum in contractibus, sed etiam in legibus, & statutis, l. 3. §. hec verba, il. 3. ff. de negot. test. dicit. l. 1. §. si quis in naviem, ff. de exercit. surd. conf. 425. num. 31. & seq. Scilicet de inhihit. cap. 4. §. 5. num. 19. & secundum jus commune, non autem jus speciale sunt accipienda, ex l. fin. C. de his qui veniunt et imper. prosequitur multa Velasco in loc. committ. l. num. 34. & 48. cum seq. & l. N. ex num. 20. Ideoque non statuentis intentio, quo nullo modo probatur, sed statuti verba juxta jus commune interpretanda, & secundum illud expressè in feudis dividuis loquentia, præcisè debent atrendi, ab eis non recedendo.

Nec nos conturbat Authorum multitudo, qui contrariam intellectum voluti sunt, nec quod Pernus parum sibi constanti conf. 3. ad prædictam opinionem, & statuti interpretatione recesserit. Respondet quippe pro nobis Imperator Justinianus in l. 1. §. sed neque, C. de veteri jure enud. sibi, sed neque ex multitudine Authorum, quod melius, & æquius est judicare, cum possit verus forsans, aut deterioris sententia, & multos, & majores auctoritates in parte superare. Plerique namque ex nostris DD. satis profundiorè difficultatem ortam ex textu verbi teigerunt; alii autem hanc suppositionem (seu potius illusionem) in commune amplectentes, priam, & secundam partem confundentes, dicunt in distincte vocatum esse proximiorè defuncto tempore mortis supervenisse, & hoc tempore considerandam esse primogenituram, & gradus proximitatem rejecta prerogativa lineæ; & denique alii lineam, & in ea proximiorè admitti debere firmam. Sed paucissimi sunt qui ad partes disputaverint, de quibus feudis tantum loquatur in illa prima parte, in qua vocavit proximiores, & de quibus in secunda, ubi sexus, & primogenitura prerogativam servandam constituit, & ex his Cumiæ, & alii, quos supra commemoravimus, adeo confusi, & inconsiderate loquuti sunt, nihil certum ex eorum dictis colligi possit.

Ob idque rationem deducendo à juris feudalis, Regni constitutionum, capitulorumque principis, illamque solum ut decem sequendo, & à statuti nostri verbis nullatenus recedendo, concludimus pro ut supra, verbum proximior nihil disponere circa successione feudorum inter viventes jure Francorum, inter quos sexus, & primogenitura prerogativa servanda est, sed solum procedere inter viventes jure Longobardo, quo attento cum feuda essent dividua, & omnes existentes in pari gradu æqualiter pro indiviso essent successuri, non poterat considerari primogenitura, fed tantum gradus proximior, & sexus, prout jam supra diximus ex cap. 2. de natura success. feud. cap. 1. de eo, qui sibi, & hereditibus suis masculis, & sexus, ac per consequens in feudis, & baroniis, de quibus in præfata causa, & in omnibus aliis, qua nunc in Regno habent clausulam juris Francorum appositam in primis investitis, vel ex dispositione primorum acquisitionum, aut ex generali consuetudine, orta ex interpretatione Doctorem, vel ex d. capitulis novissimis, non gradus proximior, sed primogenitura, & lineæ prerogativa est consideranda, quod nobis juri, & rationi consentaneum videtur.

Verum, ut nulla supersit difficultas, dato, & non concessio, quod verbum proximior intelligatur repetitum in illa successione inter viventes jure Francorum, ita ut sensus sit, quod inter eos qui proximiores fuerint, servari debeat sexus, & primogenitura prerogativa, rectè dici potest in iis terminis proximiorè illum esse, qui in linea primogenitura proximior reperitur; ut probat text. in d. cap. 1. de natura success. feud. ibi: Et hoc est, quod dicitur ad proximiores pertinere, nisi verò proximiorè dicuntur respectu aliarum linearum; nam licet illo jure Longobardo inspecto feuda essent dividua, & non possit considerari prerogativa primogenitura, qua in feudis tantum, & successibus individuis locum habet; tamen linea proximior, à qua defunctus procederet, erat attendenda, & in ea omnes in pari gradu existentes alii agnatis remotioris lineæ præferantur. Ut notant ibidem. l. c. n. 31. Afflicti d. d. m. m. d. n. 3. Balzarani de feud. lib. 2. fol. 321. num. 11. quos sequuntur Bald. conf. 200. num. 2. lib. 5. Sarmiento in l. cum ita legatur §. in fidei commissi. num. 12. ff. de legat. 3. per quem text. in d. cap. 1. ita eleganter tenent Don Joann. del Castillo d. d. lib. 3. contraven. c. 19. num. 303. ver. præcipue, qui loquitur in nostris terminis (videndus ex num. 399.) & cum sequuntur ex nostris Sicul. Cutell. ad l. Jacobi, d. d. nota 4. fol. 60. ver. nobis autem,

Gubr. de feud. §. 2. glof. 10. num. 5. & nu. 46. ver. Ego verò, & Amat. d. d. res. l. 1. num. 25. usque ad 28. & num. 50. 88. & 89. Mut. in hoc c. Si aliquem, num. 55. parum sibi constanti Cumiæ hic verbo proximior, num. 23. 29. 39. & 40. qui alios referunt, & de exteris Cyriacus in d. d. conf. feud. art. 1. à numero 230. cum seq. fol. 24. & ibidem Boll. Sanjezer. d. d. cap. 89. n. 14. & 15. qui notum Amat. laudat, & sequitur, & multis relatis Don Franc. Marciand. d. d. disp. 3. num. 26. & seq. ubi in terminis probat, quod vocato proximiorè non excluditur representatio, ac per consequens prerogativa lineæ.

Eandem interpretationem in majoribus Hispaniæ, etiam quod vocatus sit proximior consanguineus de tempore mortis ultimi possessoris, tenent, & uti veriorè defendunt, ac sequuntur Molina d. d. lib. 3. cap. 8. ex nu. 11. ubi ejus Addentes multos referunt, & fundamentum est, quia verbum proximior debet accipi juxta dispositionem juris, & præscriptum ordinem succedendi jure primogenitura, alias destrueretur ejus qualitas, & natura, quod successio defuncti de primogenito in primogenitum; quia retenta sententia respondent ad text. in l. si liberus pro atero, §. 1. ff. de bonis libertorum, aliaque contraria fundamenta rejiciunt, ac dissolvunt; prosequuntur Garterez lib. 3. practice, qu. 68. deinde Gratian. d. d. cap. forens. c. 419. Falar. de subdit. q. 485. nu. 40. Robles de represent. cap. 1. n. 33. & 34. lib. 3. Reinolfo observat. 25. per tot. & de nu. 5. ubi seculum dispositionem l. 40. Tauri, & in part. terminis juris communis hanc sententiam veriorè dicit, & multis pro ea laudatis, contrariis satisfacit argumentis, lute Castill. lib. 2. contro. cap. 20. & d. d. lib. 3. cap. 19. à num. 300. & num. 302. ubi etiam in fidei commissis familiaris relicta jure communi attento defendit proximiorè dici, & per representationem, & melioris lineæ prerogativam proximiorè est, licet sit gradu remotior, quod pluribus DD. relatis tum Hispanis, tum exteris comprobatur, & defendit, quem sequitur Marciand. ubi proxime.

Quibus accedit, quod non sumus in dispositione hominis, in qua DD. contrariè sententiæ verbum proximior, naturaliter, & verè, non autem per fictionem intelligendum esse contendunt, ut conflax argumentis eorum, quos congregaverit Gutterez lib. 3. qu. 67. Castill. d. lib. 2. cap. 20. sed sumus in dispositione legis, & statuti, in quo per vocacionem proximioris non censetur exclusio representatio, & lineæ prerogativa, ut testatur Alexand. Decius, & Jalon, quos sequitur Tiraquell. de primog. q. 490. ex nu. 21. usque ad 25. & num. 17. & seq. Castill. d. lib. 2. cap. 20. nu. 11. ubi quod licet statum recipiat ista distinctam interpretationem, & tantum valeat quantum sonas, l. omnes poynis, ubi Bald. n. 60. & omnes DD. communiter possunt, ff. de Just. & jure, nihilominus, inquit, non censeri representationem denegatam, & consentit que de primog. Hispanorum loquens, scripsit postea d. lib. 3. cap. 19. num. 303. cum Molina d. d. lib. 3. cap. 8. num. 11. & in Additionibus ad finem ejus, n. 12. in fine, ubi in terminis l. 2. n. 15. par. 2. vocantis proximiorè consanguineum, dicit admitti representationem, & quod nullo jure probatur differentia, quam nonnulli DD. Hispani constitunt inter vocacionem proximioris, factam à lege, vel ab homine, ut si fiat à lege, admittatur representatio, fecus verò si ab homine fiat, & sic statum, quod quod proximior vocatur per legem, aut firmitatem, procul dubio admittit representationem, Addentes Molinæ d. d. cap. 8. num. 11. usque ad 15. ubi in fine dicit contrariam sententiam solum in fidei commissis familiaris relicta locum habere posse; & in terminis Marciand. d. d. disp. 3. n. 23.

Præterea, in præfata causa, consideravimus, quod inter prædictos Comites concurrentes, nullus gradu proximior, sed ambo in pari gradu existunt, & hoc casu, potiorè esse prerogativam melioris lineæ, & melioris ætatis (etiam, quod uterque ex eadem origine, hoc est masculus ex mascululo respectu descendens) dixerunt Amat. d. res. l. 1. nu. 45. & 49. Baron. in allegat. impress. post tom. 2. de citation. num. 61. (quamvis ipse pro gradu contra lineam se subscripserit.) Petr. de Gregor. & Joan. Aloy. de Sepùmo in allegat. pro Marchione Hircaci, ubi dicitur ætatem non esse in consideratione, ubi est aliquid plus, prout est ex primogeniti lineæ esse. Secundum quam opinionem judicatum fuit in causa Canonici apud Amat. ubi proximior, n. 87. ver. Domini & in causa Jarratana de anno 1655. & etiam in causa Calameniana;

Cujus rei ratio est, quia cessat causa propter quam Regni DD. primogenitura prerogativam abnegant, scilicet, quod proximior in gradu à statu vocatus debeat præferri, & sic potest fuisse argumentum à cessante ratione legis, text. in l. quod dicitur, ff. de pactis. Eyerard. in sup. legal. loco 89. cum alio per Seraph. de privileg. jur. am. privileg. 21. numer. 2. 20. maxime, quoniam si statum nostrum destruit naturam, & qualitatem primogenitura, ut prædicit DD. supponunt, est correctio juris communis, & generalis consuetudinis succedendi in primogenitis, & debet interpretari, ut quantum fieri possit, minus contigat, ex Mascard. de interpret. Statuti, conclus. 12. num. 2. Contard. in leg. unica, quæ est. 7. à numer. 6. Codic. si de moment. possess. Gozadin. conf. 19. num. 5. & in puncto dixerunt DD. num. præcedentia auctori.

Secundo obijciunt Advocati ex adverso, quod in hoc, si aliquem, non primogenitura prerogativam, sed majoris ætatis, de tempore successione delata, esse inspicendam, ad cuius comprobationem expendunt verba ibi: ut masculus feminam, & juniores majori natu præcedat; per quæ tendunt, explicata, & declarata sunt præcedentia, ibi, sexus, & primogenitura prerogativa servetur, & ita, inquit, non qualitas primogenitura tempore nativitatis, sed major ætatis de tempore mortis ultimi possessoris debet attendi, ut dixit Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 4. qu. 10. per tot. & qu. 5. ver. tertio principaliter, & par. 8. qu. 6. nu. 7. & Matrill. in addit. ad dictam q. 10. lit. A. cum aliis, quos ex nostris referunt, & confirmari dicunt ex verbis seq. ibi, Sed si nulla remanente in capillo duo, vel plures fuerint maritata, majori natu jus primogenitura prerogativa, & alteram in dicta successione præcedat; ex quibus pretendunt amplius declaratum fuisse, quod statum fuerat loquutum, non de primogenitura, sed de majori ætate, vocando majorem natu.

Cui oppositio abundè satisfecimus supra à nu. 183. cum sequentibus, ubi multis probavimus vocacionem primogeniti, majoris natu, seu majoris ætatis, in nihilo differre, & ex veriori sententia admitti representationem, & lineæ prerogativam, etiam quod simpliciter vocatus sit major natu, vel major ætate, fortius tamen quando (ut in præfata) major natu vocatur cum qualitate primogenitura. Sed ex abundantè respondemus, prædicta verba ex adverso ponderata, non restringendi, aut limitandi præcedentia, sed demonstrandi gratia fuisse adjecta, & cum sint accessoria ad primogenituram, ita interpretanda sunt ne illi derogent, ex text. à clement. 2. in fine, de prebend. Decian. conf. 31. num. 18. lib. 1. maxime cum præcessit dispositio in oratione perfecta, quod casu indubium est demonstrandi gratia adjecta intelligere debere, ex Baldo in l. si ex legator. & in l. quedam, ff. de leg. 1. Castren. conf. 339. n. 3. ver. pro intellectu lib. 1. Natta conf. 34. num. 6. Surd. conf. 179. num. 6. alius primogenitura prerogativa à capillo hoc considerata, destrueretur, & statim se corrèxisset statuentem dicendum esset, contra regulam text. in l. non ad ea, ff. de condit. & demonstrat. Menoch. conf. 1130. & idem ita fieri debet interpretari, ut prioribus verbis non contradicatur, Bart. in l. ultim. §. adem quæsit, ff. de condit. indebit. Dec. conf. 562. Decian. conf. 102. num. 20. & 21. lib. 3.

Dicendum igitur est, prædicta verba apposita fuisse ad demonstrandam, explicandamque naturam, & qualitatem primogenitura, cujus prerogativa, & melioris sexus, in præcedentibus dictum fuerat, quod observari deberet, ut scilicet, inter descendentes in linea primogenitura in eodem gradu, masculus feminam, & major natu minorem præcederet, quod regulare est in primogenitis, & ita apud Hispanos concipitur forma majoratus regularis, ex dictis in principio istius Articuli, nempe De tal. manera, que siempre prefera el Varon de la hembra, y el mayor al menor, & si ve illo dictio non flet exemplificative, secundum Farinac. in praxi crimin. q. 4. conf. 95. n. 6. five consequutive, juxta text. in l. si servus, §. si olivam, si ex plagis, §. in clivo capitulino, & in l. si bonos, ff. ad legem aquil. Surd. conf. 115. num. 39. num. 3. five ostendat causam finalem, vel importet modum, ex latè tradit à Barbo. d. d. 439. nu. 1. & 2. cum seq. semper vera est superior expositio, quod stat ad demonstrandum, & explicandum, exemplificative modum servandum in successione jure primogenitura (prout proxime diximus) sicuti enim apud Advocatos alterius partem non sufficit, quod quis sit major natu nisi proximior reperitur, eo quod dicunt hanc proximitatis prerogativa à statuto fuisse primo loco consideratam, ita, & eodem modo fieri debent non sufficere esse natu majorem, si non habet prerogativam primogenitura, hoc est, esse de

linea primogenita, prius etiam à nostro capitulo requisitam, & consideratam.

Quod verò atinet ad ultima statuti verba, ibi, sed si nulla remanente in capillo, &c. quæ de majori natu simpliciter Advocati ex adverso intelligunt, dici potest, contra ipso potius retorqueri interpretationem, quia nostram expositionem evidentissimè comprobant. Ut enim statum prædictum magis, ac magis declarans fe de vera primogenitura prerogativa loqui, etiam inter feminas in capillo, seu maritatas, non femel, sed bis, verbo primogenita, & primogenitura usum fuit, primò ibi, Nisi forte de duabus concurreribus esset primogenita maritata, & junior remaneret in capillo, tunc enim junior, quæ remaneret in capillo, primogenita maritata præferatur, secundo, ibi, majori natu jus primogenitura servetur, & ita dici potest hoc toties statuentem voluisse repetere, ut omnem tolleret dubitationem; prout dixit Jurisconsultus in l. 1. §. sed sciendum, ver. Ego puto, ff. de editio editio, ibi: Ego puto ediles tollende dubitationis gratia bis, id est de eodem edile dixisse, ne qua dubitatio superveniret; & ut ex hac repetitione, & geminatione verborum, statuentis enixa voluntas, & dispositio, circa linealem, & veram primogenituram magis elucesceret, ex vulgariter legal. Balista, ff. ad senat. consult. trebell. cum similibus.

Ac proinde facillimè diluitur contraria obiectio, præcipue consideranda, quod statutum non simpliciter dixit, majori natu successio servetur, sed adjectis, majori natu jus primogenitura servetur, denotans non majoris ætatis, sed primogenitura jus, & prerogativam, quam primò requisierat, attendendam, & considerandam esse, quod est summe notandum, eo quod in hac textus parte loquitur de duobus, vel pluribus foribus præcisè in linea primogenita existentibus, non verò in diversis lineis; & nihilominus majorem natu vocat primogenitam, & jus primogenitura eidem servandum constituit; quandoquidem inter existentes in eadem linea, & pari gradu, sufficeret dicere, quod major natu deberet præferri, in quo dignoscitur voluisse omnem tollere dubitationem, ut non de majori ætate, sed de primogenitura vera, ac formali, statuti verba deberent intelligi.

Tertio opponunt prerogativam lineæ inter transversales, etiam primam causam in successione habentes, antequam successione casus advenerit, considerari non posse; & tunc ab eo, qui successione occupavit, lineam incipere afferunt; sed quia multa involvunt, magnam DD. catervam ex his, qui allegantur, & sequuntur à scribentibus in causa successione Regni Portugallicæ pro prudentissimo Rege Nostro D. Philippo Secundo, cumulant, eorum Adversariorum d. substantialiter resumendo, ad id reducunt, scilicet, quod ultra textum, in quibus de jure communi conceditur representatio, nempe, in linea descendenti usque in infinitum, in transversali verò usque ad filios statum concurrentes cum patris ad alterius patri successione non datur prerogativa lineæ, solum enim agnoscent lineam possessoris, quam ingressam vocant, & de qua dicunt loqui text. in cap. 1. de natura success. feud. Et hac extinda firmant, omnes alias lineas æqualiter admittendas; ad quod inducunt prædicti textus verba, ibi, sed omnibus; hac linea de scientibus, omnes alie lineæ æqualiter vocantur, & in summa dicere intendunt, lineam non considerari, quando pater, vel ascendens, cujus personam quasi representare contendit, non habuit jus succedendi firmiter radicatum; scilicet jus de præfata, certum, firmum, atque invariabile, quale est, quod habet filius primogenitus in vita parentis primogeniti possessoris.

Verum (præmissis, prout in principio præmissimus, casum nostrum diversissimum esse ab eo, qui in successione Regni Portugallicæ inter concurrentes dicebatur, diversitate legibus, & rationibus dicendum.) Respondemus, in casu præfati, in quo secundum leges, & Regni Capitula successio feudorum dignitatis deservit jure primogenitura, & ejus prerogativa servata, duas debere considerari lineas, unam possessoris, alteram primogeniti; si de linea ultimi possessoris queramus, certum est non efficere lineam nisi illum, qui successione occupavit, & in majoratu successit, si autem de linea primogenitorum queramus, non est dubitandum, quod is, qui primo natu est, illico jus primogeniturae acquisivit, & lineam secundogeniti excludit, lineam primogenitorum inter se, & illos, qui ab ipso descendente constituntur, ut probavimus supra, & eidem ferè verbis docet Molina d. lib. 3. c. 6. n. 35. qui respondens simili obiectio, quam proposuit n. 34. ita ut diximus concludi quæ sequuntur

tur omnes, quos ejus Additio ibidem cumulavit, & post D. Joan. de Castillo *contro. lib. 5. c. 95. n. 6. 7.* nosse Amat. *de res. lib. 1. n. 34. c. 73.*

244 Quod autem necessarium non sit, quod pater, vel ascendens illius transferat, qui ut de meliori linea ad successionem venit, & in ea alius de inferioribus lineis præserti intendit, primam successione causam, & jus certum, ne invariabile in ea habuerit, sed sufficiat probabilis spes succedendi, si casus occurreret, & quod talis pater, seu ascendens si viveret, succederet, tenet expressè Molina *lib. 3. c. 7. n. 4.* ubi ad prædictam difficultatem respondens, inquit; *Quæ omnia quando pater nullo tempore primogenitura jus, nec in potentia, nec in se habere potuit, intelligenda sunt, veluti si erat spurus, aut naturalis, vel aliter a majoribus successione a tempore natiuitatis exclusus fuit, seu natus est pater aliquo tempore jus primogenituræ saltem in se, vel in potentia habuerit.* Quem sequuntur addentes ibidem cum Menoch. Peregrino, Mireres, Mattienzo, Robles, & eleganter Castillo, qui latissime fundat, & contrariis fatiscit *dito lib. 3. cap. 15. ex n. 76. c. 19. n. 172.* ubi subijcit, & demum ipsi Addentes in *vers. ex quo, hæc verba subijungunt, ex quo taxantur Avendan. in l. 40. Tauri. gl. 1. n. 29.* Flores ad Gamam, *decif. 308. vers. mea autem opinio.* Cavallos *lib. 3. commun. 9. 76. n. 191.* Rolandus in *Responsio pro Tribulci, n. 73. u. que ad 77.* & Molina *nosser in allegatione juris pro success. Regni Portugall. num. 191. prime allegationis,* Menoch. *conf. 269. num. 65. lib. 3. asseruntur representationem non dari, quando spes succedendi remota, incerta, atque variabilis est.*

245 Prosequuntur idem confirmantes, nosse Amat. *ditta res. lib. 1. num. 52.* Pappionius *conf. 117. n. 13.* Giurba *de feudis §. 2. glof. 6. n. 25. c. 26. c. 26. glof. 10. num. 44. c. 45.* qui Martam reprobat, Don Joann. Bapt. de la Rea *decif. Granar. 8. nu. 47. c. 48.* Caneer *variar. lib. 3. cap. 21. num. 297.* Svelvel *conf. 95. n. 14. cum seq. qui secundum hanc verissimam opinionem dectum fuisse testatur, & Reinolfo ditta observat. 24. ex numer. 23. cum seqq. c. observat. 26. numer. 6. & per totam, & sequitur Marcian. *ditta disp. 10. a numer. 14. cum seqq.**

246 Cujus traditionis ratio, Inter illos transverfales, qui licet tunc sint respectu ultimi morientis, tamen descendunt ad primas acquisitionibus, seu dispositionibus, provenit ex his, que superius diximus, præcipue num. 174. eum sequentibus, quia unusquisque ab initio censetur vocatus, & substitutus unus post alium ordine primogenituræ, hoc est, linea recta de primogenito in primogenitum, & sic venit ex proprio jure, & propria vocatione, nec opus habet, quod pater, vel ascendens in primogenito successerit, sed solum, quod si viveret, succederet. Et si dicatur hoc esse effectum representationis, nulla alia conferatur, nisi juris primogenituræ, quod pater, vel ascendens habuit, in jus locum substituit, descendens, illius personam representans, quatenus de ipsius linea primogenita primò vocata, & prædicta descendit. Quæ representatio semper attenditur, & consideratur respectu primi disponentis, & proximi ascendentis, seu ipsius, à quo linea, in qua erat defunctus, & omnes alie linee ceterorum concurrentium originem ducunt. Licet enim proximitas ad succedendum sit attendenda respectu ultimi morientis, ex receptorii sententia quam per text. in *l. cum ita, §. in fideicommissio, ff. de legat. 2. in finit. relatis* probat Amat. *lib. 1. res. 10. n. 1.* sic intelligendus circa ea, que scripsit n. 16. 17. & 18. tamen representatio, & linea descendunt, & consideratur ex persona primi fundatoris. Cujus differentie rationem eleganter reddidit Reinolfo *ditta observat. 26. n. 8. cum seqq.* post Molinam *lib. 1. c. 6. num. 46. vers. hæc autem, c. lib. 3. c. 9. n. 13.* ubi Addit. *Covar. pract. qu. cap. 38. n. 10.* Anton. Gomez in *l. 8. Tauri num. 19.* Gutierrez *lib. 3. pract. 9. 66. n. 14.*

247 Unde cum in præsentis causa simus inter illos transverfales, qui à primis descendunt feudorum acquisitionibus, non est cur linea prærogativa, & in ea representatio denegetur, prout ex adverso contenditur, licet Don Joannes Branciforti Mazareni Comitibus parens, primam causam in successione Don Fabritii communis avi non habuerit, cum in aptitudine, & potentia jus succedendi eidem competierit immediate post primogenitum Donæ Margaritæ patrem, & hodie si viveret tanquam proximior, & de meliori linea succederet, sicque ejus filio conveniunt omnia, que ex veriori, & receptissima sententia in præcedentibus adduximus.

248 Ad textum vero in *dito cap. 1. de natur. success. feudis,* in verbis supra relatis, de quibus magnum factum in voce, & in scriptis Advocati ex adverso fecerunt, facillime negotio respondemus, Textum loqui de feudis dividuis (ut sepius diximus, & ex eo patenter apparet) & sic deficientem linea proxima, à qua defundus processerit, omnes alie linee æqualiter vocantur, quod non est intelligendum, prout ex adverso explicatur, & nempè quod omnes in aliis lineis existentes, nulla linearum habita ratione æqualiter admittantur ad concurrendum pro successione, ita tamen ut servetur gradus, sexus, & ætatis prærogativa, hoc enim stat non potest, inspecio illo jure feudorum, quo feuda dividua erant, & ad omnes in eodem gradu existentes æqualiter deferbantur, nec prærogativa majoris ætatis erat in consideratione, sicut nec observatio sexus, cum extantibus masculis clarum esset non posse succedere feminas etiam proximiores, nisi feudum esset foemineum, *cap. 1. de eo, qui sub, c. hereditibus suis masculis, cap. 1. de feudo femine,* & passim in usus feudorum.

249 Et idèd ita debet intelligi, videlicet, quod omnes agnati proximiores existentes in pari gradu, & in alia quilibet linea, æqualiter admittantur, hoc quippe indicant prædicta verba omnes alie linee æqualiter vocantur, id est, non ad concurrendum, sed ad succedendum servata gradus prærogativa, & omnibus, qui in pari gradu extiterint, æquales admittis, & hoc est quod dicitur, & dicere debent DD. ex adverso allegati, scilicet Oldradus *conf. 178. in fine,* Butrius *conf. 47. num. 3. vers. sed aliter, c. in fine, vers. est adverteendum.* Rub. Alex. *conf. 38. numer. 4.* Prepositi. *cap. 1. numer. 2. de success. frat. ubi Baldus in 3. Petret. inter conf. Branciforti Joann. de Lignano inter conf. ejusdem, conf. 76. post n. 5. Mantie. de sacri. lib. 23. titul. 28. n. 41. & Rosental. de feud. cap. 7. concl. 57. num. 14. ibi, omnes enim interpretati, qui omnes loquuntur in feudo dividuo, & prout nos, textum illum interpretantur, quibus, & addendus est Balzaran. in eodem text. n. 13. fed quantum hoc sit à nostro casu diverfum, in quo de successione individua uni soli jure primogenituræ deferenda agitur, nemo erit, qui non videat.*

250 Denique, ut jam ad explicationem novissimorum Regni Capitulorum transitum facere possumus, objiciunt verba capituli *confirmitatem 30.* Invictissimi Regis Federici, ibi, *Ut in feudis etiam aviæ, vel paternæ non fuerint, vel de novo quæstæ, collaterales ad intestatò succedant, & inter eos ordo succedendi ætatis, & sexus prærogativa servetur, ex quibus deducunt, quod in feudorum successione, sola major ætas inspicit debet.*

251 Sed respondetur per illum textum nihil fuisse innovatum circa ea, que per hoc *c. si aliquem,* fuerant disposita, sed solum declaratum, & ampliatis ejus dispositionem ad feuda de novo concessa, ut in eis transverfales succederent eodem ordine, & servata eadem prærogativa prout in *dito cap. si aliquem,* fuerat provisum (in quo de feudis novis non adeò clarè est dispositum), quod aperte colligitur ex *dito cap. constitutionem, ibi, Confirmitatem editam per prædictum D. Regem Jacobum fratrem nostrum super successione feudorum lucide præfenti dicto nostre celsitudinis declarantes, &c.* Unde evincitur, quod non est nova dispositio, sed antiqua declaratio, que novum jus non inducit, text. in *l. heredes parlam 21. §. si quis post. ff. de testam. l. adeo, §. videtur, tamen, ff. de acquir. rer. dom. Authent. de rapu mulier. §. ult. collat. 9. late Felin. in cap. ult. num. 4. de Constitutionibus, Castillo *lib. 3. contro. cap. 10. nu. 24. cum seqq. c. tom. 4. cap. 19. ex n. 28. c. 35.* nosse Currell. *de donat. ir. ab. l. dis. c. 2. part. 10. nu. 29. c. 26.* Et declaratio non circa modum, & formam servandam in successione collateralium ab intestatò (hoc enim clarissime erat cautum in *dito cap. si aliquem*) sed tantum circa feuda, in quibus forma præscripta erat servanda, ut scilicet, etiam in feudis novitè quæstis servaretur, ubi, in feudis etiam si aviæ, vel paternæ non sint, sed de novo quæstæ, & sic illud capitulum intelligunt, multis relatis, Giurba *de feudis, prælud. 6. n. 36.* Petr. de Gregor. *de concess. feud. part. 4. qu. 12. n. 4.**

252 Sensus ergo illius capituli est, quod in feudis novis servetur idem ordo succedendi, qui in *dito cap. si aliquem* fuerat præscriptus, & sic quod inter viventes jure Longobardorum proximiores à fratre usque ad trinsepem succederent, servata gradus prærogativa, & omnibus simili, & pari gradu defuncto conjunctis æqualiter admittis, & inter viventes jure francorum, sexus, & primogenituræ prærogativa esset servanda. Et hoc est quod verba demonstrant, reddendo singula singulis, ut verbum ordo referatur ad ordinem in prima parte *d. cap. si aliquem,* assignatum, ibi, *eodem ordine admittentis,* ac verba illa *ætatis, & sexus prærogativa,* ad prærogativam sexus, & primogenituræ, in secunda parte, & præ-

ter viventes jure francorum requisitam; illud enim verbum *ætatis,* brevitatis causa appositum, relativè est intelligendum, ut sic significet prærogativam primogenituræ, de qua in relato *cap. si aliquem,* alias hoc *cap. Confirmitatem* illius correctorium esset (quod nullius est nostris DD. dicere ausus est, quandoquidem ejus verba repugnant) & etiam dici potest, non gradum proximiorè, sed majorem ætatem esse attendendam, quia de gradu nihil dixit, quod esset absurdum, & quod modicumque sit, semper intelligi debet de prærogativa primogenituræ, ex his, que diximus supra, *nu. 183. c. seqq.* que hic repetere otiosum esset.

253 Hæc que dicta sunt procedunt in puris terminis dicti *c. si aliquem* ita tunc, quod inter viventes jure francorum servetur prærogativa sexus, & primogenituræ; sed dato, quod ex verbis in contrarium expensis, & à nobis declaratis, quibus intenditur proximiorè defuncto de ipsis mortis tempore esse vocatum, & in pari gradu, illum, qui major natu fuerit reperitur, exclusa representatione, & lineæ prærogativa, aliqua superflere dubitanti ratio (quam ex Doctorum interpretationibus potius, quam ex verbis, & mente statuentis oriri censemus) omnis iam sublata est difficultas per novissimam Regni Capitula, quibus inspectis (licet non cessaverit cavillandi occasio) in his feudis dignitatem, tam ex testamento, quam ab intestato, lineæ prærogativa, & melioris sexus origo ratione conservandæ agnitionis, aperte considerata dignoscitur; idcirco omnium refertur, & resutatur antiquorum DD. opinionibus, qui pro gradu proximiorè, & in paritate gradu, & sexus pro majori natu suffragium dederunt, & accedimus ad explicationem prædictorum novissimorum Capitulorum Regni, in quibus discursu nonnullos ex dictis Doctoribus, & alios ex recentioribus, qui pro lineæ prærogativa subscriperunt, etiam in terminis dicti *cap. si aliquem,* adducemus, atque laudabimus.

254 Primo, sicut offert Capitulum 118. Dom. Imperatoris Caroli, per quod, ut in principio diximus, declarando antiquorum opinionem in terminis dicti *cap. si aliquem,* & meliorem ex eis eligendo, lineæ prærogativam inter descendentes in infinitum observari debere decernimus, & sic, quod in successione ascenduntis nepos, pronepos, vel descendens ex filio primogenito præmortuo, præferendus esset filio secundogenito, non obstante, quod secundogenitus in vita patris refutationem, & possessionem feudis obtinuerit, qua declaratione cessavit contentio inter patrui, & nepotem, & per consequens illa antiquorum tradito pro gradu proximiorè, & in pari gradu, & sexu pro majore natu.

255 In prædicto enim Capitulo, non solum fit mentio nepotis filii ex primogenito præmortuo, sed expressè nepotum in plurali commemoratio fit, ibi, *trovanados nepoti figli dello primogenito mortuo, succedano, e siano preferiti in detti feudi, e feudi, ali figli secondogeniti di detti Marchesi, Conti, Baroni, e Feudatarii,* quibus verbis aperte comprehensum censetur pronepos, abnepos, trinepos, & omnes descendentes ex filio primogenito, quia appellatio nepotum omnes predicti veniunt; ex doctrina Bar. in *l. liberorum, num. 17. ff. de verb. sign. Alexand. in l. Gallus, §. in situens, num. 3. ubi Falcon. num. 8. 9. c. toff. de liber. c. post. Ruin. conf. 166. nu. 8. lib. 1. Joseph. de Ruitic. in *l. cum avus, lib. 6. cap. 5. numer. 8. 9. c. 10. Rovius conf. 52. num. 9. tom. 1.* & in finit. relatis Barbof. *de verb. appellat. appell. 163. num. 6.* Et cum simus in terminis statuti loquentis in successione feudi dignitatis, & generaliter de quolibet feudo jam tunc in Regno individuo, & unitantummodo deferendo, indubium est prædicta verba plurali numero concepta, non colligenda de pluribus nepotibus ex unico filio, sed ordine successio de nepote, pronepo, & aliis descendentibus, ex superioribus Doctoribus esse accipienda.*

256 Unde diluatur advocatorum ex adverso objectio, contententium verba prædicta extendenda esse de multis nepotibus plurium Comitum, Baronum, & Feudatiorum, quia hæc interpretatio manifestè respuit verba, ibi, *trovanados nepoti figli del primogenito mortuo,* que aperte indicant statum loqui de pluribus nepotibus, unius tantum filii primogeniti; & quod is sit verus, & communis intellectus dicti Capituli, & sic, quod filius secundogenitus excludatur non solum propter nepotem ex primogenito præmortuo, sed etiam propter nepotem, & alios descendentes, sicutur Muta in *dito cap. si aliquem, n. 145. c. ex n. 141. vers. Athodie,* Giurba *de feud. §. 2. glof. 4. n. 55. c. §. 2. glof. 2. n. 21. vers. proinde,* qui ad alios allegat, & post Cumiam, & Intrigliol. late Amat. *de res. solut. l. ex n. 63. Giurba §. 2. glof. 6. ex num. 18.*

Deinde successit dictum Capitulum 204. ejusdem Dom. Imperatoris, in quo, qui a non fuerat antea declaratum in c. 118. quid observandum esset in sexu foemino, scilicet, quando ex primogenito præmortuo, non nepotes masculi, sed nepes foeminae superessent, ad tollendum omne dubium per viam declarationis sui decretum, quod nepes ex primogenito excluderet amitam, non verò patrui secundogenitum, & hoc favore agnationis conservande, ut scilicet, feuda conservarentur in domibus, & familiis, à quibus processerant.

257 Supervenit denique dictum cap. 18. Prudentissimi Dom. Regis Philippi, per quod ad supplicationem Regni fuit provisum in linea transverfali, quod mortuo primogenito, succederet filius ex secundogenito ad exclusionem patrui tertio geniti, vel ulterioris gradus, & quod filia secundogeniti excluderet amitam, non autem patrui tertio geniti favore agnationis, & prout in dictis Capitulis 218. & 204. D. Imperatoris fuerat in linea descendenti declaratum, & dispositum, cum qua in omnibus, & per omnia facti ex quata linea collateralis, ut constat ex verbis prædicti cap. 18. ubi, postquam fuisse narratum quod in dictis duobus capitulis fuerat per Dom. Imperatorem provisum, ita concluditur: *Si supplica à Vostra Maestà cheresse servita gravemente, e comandare che da qui innanzi questo medesimo si habbia à osservare in linea transverfale, &c.*

258 Ex quibus jam percipitur, tam in linea descendenti, quam in transverfali, lineæ prærogativam esse admittam, quod quidem non per viam novæ legis, sed causa antiquæ declarandæ, nempe, dicti *c. si aliquem* in verbis, ibi, *ille qui tempore mortis supererit defuncto,* que nostris antiquis DD. antea præbuerunt, ut lineam, & representationem excluderent, fuit cum magna providentia elucidatum, ut sic jam dici possit etiam in terminis dicti *c. si aliquem,* hoc ipsum fuisse determinatum, prout nos supra firmavimus in illius expositione, & comprobant Amat. *de res. solut. n. 53. vers. c. idea, nu. 62. c. ad finem res. Intrigliol. de feud. cont. 2. art. 47. n. 5. c. art. 36. n. 192. Caneer. in d. h. c. si aliquem, vers. sed in tractandis, ante num. 63. c. nu. 64. fol. 284. Currell. ad l. Jacobi, ditta nota 9. qui omnes sententiæ prædicta Capitula declaratoria esse, & de communi testantur; & in Regno ita receptum est.*

259 Sed quia Advocati ex adverso ponderando dictorum Capitulorum verba, contendunt non esse extendenda ultra casus particulares, in quibus (secundum ipsorum interpretationem) loquuntur, scilicet, ultra casum nepis concurrentis cum patrui ad successionem avi, vel alterius patrui, aliaque multa objiciunt veritati, & juris rationi, ex diametro contraria (à nonnullis tamen Regni Interpretibus minus rectè excogitata) opere præcipue dicimus in explicatione dictorum Capitulorum præcipue *capit. 18.* Dom. Regis Philippi, paulisper immorari, ut vera, & congrua declaratione eidem donata, contrariis oppositionibus competenter satisfacere possimus.

260 Igitur, quod in prædictis duobus cap. 118. & 204. clarissime sit dispositum, tam inter masculos, quam inter foeminas inter se, vel cum aliis masculis concurrentes lineæ prærogativam, & melioris sexus originem in descendenti linea esse usque in infinitum attendendam, nulla, ni fallimur, potest esse dubitatio, licet enim Advocati alterius patris pertinaciter insistat pro restrictione istorum Capitulorum ad casum patrui, & nepos, dicantque, in Regno contrarium esse, utrum comprehendant successionem aviæ, & procedat inter patrueles, de quibus nihil fuit dispositum, & non procedere contentandam ex Bologner. *conf. 9. c. Corfet. conf. 9. c. 10.*

261 Tamen convincuntur argumento ad hominem; ipsi quippe fatentur de jure communi inter descendentes succedentes ascendentes dari representationem usque in infinitum, & inter transverfales usque ad filios fratrum, concurrentes cum patrui, ad alterius patrui successione; & ipsorum præcipuum fundamentum est, quod prælatio concessa nepoti concurrenti cum patrui ad succedendum avo, vel alteri patrui, est effectus representationis, quam prædicta Capitula considerant, prout de jure communi fuerat instituta, de cuius assertionis veritate inferius discerendum est.

262 Ergo nullo pacto negare possunt, quod inter descendentes, inter quos prædicta duo Capitula disponunt, locum habeat representatio in infinitum, & sic, quod quemadmodum concessa est nepoti, ut excludat patrui, ita & eodem modo, eademque ratione concessa censetur pronepoti, & ceteris descendentibus, five agatur de successione avi, five aviæ.

aviz, & aut concurrant nepotes cum patris, vel cum patris; & ideo in re adeo clara, in qua etiam inspecto feudo iure nullus est, qui rationabiliter possit contradicere iuxta superius annotata ex n. 187. tempus consumere oportunitatem non iudicamus.

264 At in d. cap. 18. Dom. Regis Philippi, in cuius decisione iustus iuris casus est comprehensus (reluctantibus tamen Adversariis) idem, quod in descendenti linea, etiam in collateralibus fuisse provum sequentia demonstrant.

265 Primò, quia hanc lineam descendentes, & transversalis ex aequationem, manifestè ostendunt verba illa, *che da qui innanzi questo medesimo si habbia da osservare in linea transversale*, latine, *de cetero hoc idem observari debeat in linea transversali*; nam dicta illa *hoc idem*, eandem omnino in diversis casibus censuram, seu decisionem importat, ex Bald. *conf. 94. num. 2. lib. 2. Tusch. concl. 288. num. 1. & 2. litt. B. Cened. singul. 97. num. 1. Barbofa diction. 143. numer. 1. & 3. repetitæ omnes qualitates in precedenti dispositione expressas, ac eandem, quam in precedenti, ponit determinatam. Gratius *conf. 21. ante num. 6. vers. praterea, lib. 1. & cum Deciano, Parisio, Cenedo, & aliis infinitis, Barb. ubi proxime, num. 1. quod in terminis equi parationis linee collateralis cum linea descendenti quoad representationem dixerunt Mosin. de primogen. lib. 3. cap. 7. num. 11. vers. 3. ponderatur ubi dicitur, Hodierna, *contro. forens. c. 23. a num. 27. & ex nostris in puncto Amat. d. res. 1. num. 79. Costa. conf. 67. n. 24. & segg.***

266 Nec oblat dicere (probat dicit ex adversa parte) quod equiparatio in dictis Capitulis facta non potest procedere, nec intelligi quoad ea, que non expressa sunt, sed per interpretationem juris deduci conceditur; ex Rot. Rom. apud Farinac. *decis. 47. num. 3. tom. 1. in post. Ruin. conf. 106. num. 3. lib. 4. Duran. decis. 36. numer. 31. Paul. Rub. decis. 110. num. 13. & segg. lib. 2. Raudent. conf. 30. num. 28. & Fontanelli de potest. nupt. clausul. 1. glof. 10. part. 2. numer. 21. & 24. qui docent qualitates subintellectas, non censeri repetitas in clausula, aut capitulo separato, nisi expresse oculis corporeis legantur; quod prius, & melius dixerant Bart. in *l. qui liberis, §. hoc verba, ff. de vulg. numer. fin. & post Imol. Alexandr. & Ripa, Mantica, de contrah. lib. 8. titulo 14. in fine, Surd. conf. 123. numer. 13. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 43. novissime Galgancet. de conditionib. 2. part. cap. 6. quest. 7. num. 20.**

267 Respondetur namque in d. cap. 118. expresse, & non per interpretationem in descendenti linea admittam fuisse representationem, & Primogenituræ prerogativam in infinitum, ut constat ex d. num. 254. eo enim, quod verbis expressis fuit concessa prælatio nepotibus ex filio Primogenito ad exclusionem secundogeniti, verè & proprie, & non interpretative linea Primogeniti in successione ascendenti fuit anteposita, & prælatio secundogeniti, & eius linee; & per consequens declarata prerogativa Primogenituræ cum observatione linee, ut idem sit observandum in linea secundogeniti, respectu tertii generis, & deinceps; unde equiparatio, & relatio facta in d. cap. 18. de linea collateralis ad descendentes, de qua in cap. anteced. non habet necesse repetere qualitates subintellectas à jure communi, quo ad representationem in linea descendenti; sed nullo emendicatio iustitia referret, & repetit prerogativam Primogenituræ, & linea observationem ibidem expresse consideratam in linea descendenti; & quemadmodum in ea nepotes, & descendentes ex Primogenito præferuntur secundogenito, sic, & eodem modo in collateralibus, filii, nepos, & descendens ex secundogenito præferuntur tertio, & tertio gradus, ac similiter descendentes ex eis, ut servetur ordo Primogenituræ & linealis prerogativa; quod dilucidius apparebit inferius, dum præbimus responsum alteri contrariae objectioni citata istam prælationem nepotibus concessam, quam præceditur esse effectum representationis à Justiniano inductæ, non autem prerogativæ linealis.

268 Præter quam quod, quando lex, aut statutum, se ad aliam legem, vel statum refert, adeo verè, & proprie relatum est in referente, ut si relatum habeat certam declarationem interpretativam, eandem pariter & referens repetat, docent Socin. *Sen. conf. 166. num. 4. lib. 2. Tusch. concl. 129. num. 9. litt. R. & semper relatio ad legem, vel statum censetur facta cum omnibus qualitatibus, quæ insunt in relato, dummodo deducatur ex verbis etiam interpretative non recedendo à jure communi, Aretin. in *l. Titio, §. fin. secundo notab. de verb. oblig. Dec. conf. 62. Paris. conf. 2. num. 53. lib. 2. Tusch. ubi supra, n. 12. & in lege, seu statuto aliud ampliante, quod omnes clausula, & qualitates contentæ in ampliato,**

censentur repetite in ampliante, notat Bart. per text. ibi in *leg. nihil. ff. de conjugibus, Alex. conf. 13. n. 3. lib. 3. & Paris. conf. 18. n. 4. lib. 3.*

Et ideo, licet in dicto cap. 118. linea observatio inter descendentes veniet per interpretationem deductam ex sola prælatione concessa nepoti in concursu patris secundogeniti, nihilominus cum prælatio illa non possit de jure sublineri, nisi ob prerogativam melioris linee, ut jam diximus supra, & repetemus inferius, & ob id censeri debeat considerata prædicta prerogativa in linea descendenti, necessario dicendum est, quod ex aequata linea collateralis in dicto cap. 18. per illa verba relata, & repetitiva superius ponderata, & hoc ad ampliationem dicti cap. 118. & 204. omnia in eis contenta, intelligi debere in illo repetita cum suis qualitatibus, etiam per interpretationem subintellectis.

269 Illa quippe DD. traditio, de qua præcedenti num. 266, ab Advocatis alterius partis commendata, non semper, & in omnibus vera est, & solum procedit in dispositione hominis, debetque intelligi, quando qualitates, quæ præceduntur repetite virtute relationis, sunt odiosæ, & repugnantes, vel aliquod absurdum, aut inconveniens ad tali relatione, seu repetitione resultat, vel quod subintellectum, non venit necessario ex legis, statuti, aut juris communi dispositione, sed deducitur ex dubia interpretatione Doctorum, vel in aliis casibus latè per eosdem Doctores enarratis; apud quos videri possunt cum suis ampliationibus, & limitationibus.

270 Secus autem in dispositione legis, & statuti præcipue favorabilis, ut est nostrum cap. 18. & quando illud, quod repetitur, venit per declarationem interpretativam à jure necessario subintellectum, quo casu ex vulgari regula dicitur, & intelligitur expressum, & ut tale debet censeri in esse in referente, aliis relatio, que in dicto cap. 18. duabus vicibus fit ad dict. cap. 118. & 204. prima ibi, *come si contenti in detti capitoli*, latine, *prout in dictis Capitulis continetur* (que dicto prout, est relata, & repetitiva, Barbofa d. 296. num. 2.) secunda ibi, *questo medesimo, &c. latine hoc idem* (que etiam repetit ut jam diximus supra) nihil habere operari contra sui naturam, *l. asse. to. ff. de heredit. instit. cum similibus; & non ad id, quod est favorabile, scilicet, quod prælatio concessa nepotibus extendatur ad omnes descendentes; sed ad id, quod est odiosum, nempe, quod restringatur ad solum nepotem, facta intelligitur contra communem traditionem, de qua Jafon. in *l. talis scriptura 30. ff. de legat. 1. m. 40. vers. sexto limita, Decius in cap. secundo requirit. n. 22. vers. 8. non fit relatio, de appellat. Alex. conf. 48. numer. 6. & 7. lib. 1. Peregr. dicit. art. 16. num. 40. Galgancet. dicit. 2. part. cap. 6. quest. 7. numer. 23. Cyriac. tom. 1. contro. 147. num. 67. Menoch. lib. 4. præsupp. 181. numer. 14. Castillib. 6. contro. cap. 181. num. 36. qui dicunt, quod quando dispositio relata continet favorem, & odium, semper relatio faciendâ est ad id, quod est magis favorabile, ad quod restringitur dispositio referens, ut relatum æquetur, & conformetur referenti, juxta finem disponentis, videndus Castanate *conf. 37. n. 73.***

271 Nec supra dictis adveniant prædicti cap. verba sequentia ibi, *cioè che morendo il fratre Primogenito senza figlio, superstito il nepote maschio del fratre secundogenito premortuo, in tal caso succeda il detto nepote maschio, e non l'altro frater tertio generis, vel ulterioris gradus, latine, id est, videlicet, seu scilicet, quod mortuo fratre Primogenito absque filio, superstito nepote maschio ex fratre secundogenito premortuo, tali casu succedat prædictus nepos masculus, & non alter frater tertio generis, vel ulterioris gradus. Ex quibus verbis contendunt Advocati ex adverso restricta, & limitata fuisse verba relata antecedentia ibi, *questo medesimo, &c.* & in illo tantum casu expresso Capitulum disponere voluisse, ad quod probandum ponderant dictionem illam *cioè, latine id est*, quam restrictivam esse ad dispositionem, que subest eidem, ex Baldo, Deciano, & Corsetto *conf. 9. n. 13.* alique ex Regnicolis nostris, intrepide firmant.*

272 Huic enim replicationi satisfaciunt quod dicto illa, *id est videlicet, seu scilicet* in nostro Capitulo stat declarativè, & exemplificative, non verò restrictivè, nam licet quandoque vim habeat restringendi; tamen multoties non restringit, sed declarat dispositionem, ut per text. in *l. cum priorem*, ubi Decius, *num. 1. C. unde legitimi, l. 2. ff. de adop. & aliis probat Barbofa. dicit. 145. num. 4. & in eo omnes conveniunt, quod quando procedit dispositio generalis, & sequitur exemplum per dictionem *id est, seu videlicet*, tunc dictio illa non restringit, nec limitat, sed exemplificat, ac declarat, ut restan-*

stant Aretinus in *l. qui liberis, §. n. 3. notab. 3. ff. de vulg. Decius in l. cum priorem, num. 2. C. unde legit. Cenedus. fenz. 97. numer. 5. in fine, Barbofa. dicit. dicit. 145. num. 4. ad fin. Amat. dicit. res. 1. post. num. 82. Costa Sicul. dicit. conf. 67. num. 35. Unde cum in textu nostro præcessisset dispositio generalis, ibi, *li quali non disponendo nella linea transversale, ma solo nella descendente, si applica à Vostra Maestà, che resti servata procedere, e comandare, che da qui innanzi questo medesimo si habbia da osservare in linea transversale, & postea sequatur, cioè che morendo il fratre Primogenito &c.* aperte ostenditur hoc non ad restringendum, sed ad exemplificandum, & declarandum fuisse adiectum, & ita in terminis docent Amat. d. numer. 80. Costa, numer. 84. D. Blaschus Joppulo in allegat. causa Camiciari, *vers. non obstant illa verba, videlicet fol. 19.**

273 Et comprobatur, sumpto argumento ab eodem modo loquenti qui peripicitur in dicto cap. 204. D. Imperatoris: ibi enim cum ageretur de declaratione cap. 118. ejusdem Dom. Imperatoris, circa illud quod erat observandum in linea descendenti inter feminas, inter se, vel cum masculis concurrentes, facta prius relatione ejus quod in prædicto c. 118. fuerat dispositum inter masculos, hæc verba subjiciuntur: *Si applica à Vostra Maestà sia parimente servata dichiarare che eodem modo si offerri, e debbia osservare in sesso feminino, videlicet che la figlia femina del figlio maschio Primogenito morendo detto maschio in vita di suo padre, in tal caso la detta figlia del maschio sia preferita alla zia sorella del detto maschio.*

274 Et tamen negari non potest (ut jam probavimus, & fateantur Adversarii) quod per dictum cap. 118. fuit admissa representatio, & prerogativa Primogenituræ inter descendentes usque in infinitum, & quod hoc idem per viam declarationis inter feminas non concurrentes cum masculis proximioribus, aut in pari gradu, per dictum cap. 204. fuit in eadem descendenti linea declaratum.

275 Ergo dum in præfato Capitulo declaratorio, expressio casus particularis, per eandem loquenti formam, & cum dictione *videlicet* non operatur restrictionem, nec ad id fuit apposita, sed ad declarandum, & exemplificandum; sequitur quod pariter, & eodem modo dicendum est, æquiparatio, & ex aequationem factam in dicto cap. 18. de linea transversali cum ascendente tam inter masculos, quam inter feminas, non fuisse restrictam, & limitatam ex appositione casus particularis cum eadem dictione *videlicet, sive, id est, quia nec novum, nec infensile est unam legem, aut Statutum, per alterum declarari, sicut & posteriores leges ad priores trahuntur, & per istas illæ suppletur, & decharantur, l. sed posteriores, ff. de legibus, Mascard. de interpret. statum. concl. 2. a. n. 103.*

276 Delinde si diceres dictionem prædictam restrictivam esse tam in dicto cap. 204. quam in d. cap. 18. & in illis casibus particularibus expressis tantummodo hæc statuta procedere, multa sequeretur absurda & inconvenientia, quæ menti, & intentioni statuentium aperte repugnant; dum illa ad sedandas lites justissime fuerunt condita, (ut statim apparebit) quamprimum quotidie præberetur occasio, frustrato fine legislatoris, & Regni, quod pro bono, & quiete publica prædictas declarationes humilibus precibus à Dominis Regibus Imperavit.

277 Sequeretur namque, quod nepos filii Primogeniti non posset excludere amitam inquam, nec aliam feminam proximiorem, vel in pari gradu, majorem natu ex linea secundogeniti, aut secundogenitæ; & sic quod inter feminas inter se in linea descendenti non esset observatio linee ultra casum nepris ex filio Primogenito premortuo concurrentis cum amita; quia cap. 204. in hoc solo casu expresse loquitur: *imò eadem ratione premortuo filio secundogenito, & ex eo remanente aliqua filia, si postea in vita patris decederet Primogenitus sine filio, illa nepris ex secundogenito, qui non occupavit Primogenituram, non excluderet amitam, quia nec in hoc casu disponit cap. quod totum esset absurdissimum.*

278 Item in linea transversali, filius secundogeniti in patris successione non excluderet filium tertio generis natu majorem, cum in hoc non disponat dict. cap. 18. quod nec DD. qui pro gradu proximiorè, & pro istorum Capitulum restrictionem in contrarium allegantur, firmare aut sunt, ut potest temerarius, (videatur Regens Corset. *conf. 11. ad fin.*) pro filio namque ex secundogenito natu minore contra filium tertio generis natu majorem sunt multe decisiones in Regno, & ultra relatas ab Amat. *ad fin. dicit. res. 1.* ita etiam fuit decisum in causa Calamanzina, Comitatus Mo-

tuce, & in causa Jarratana, & etiam sequeretur, quod nepos masculus ex secundogenito in successione patris non excluderet amitam magnam, quia capitulum hoc dicit, quod est majus absurdum, cum hæc Regni Capitula (ut dicitur constat, & agnoscunt DD. contrarii) ad agnationis favorem respicerent, prout inferius probavimus, & fateatur Corsetus *conf. 9. num. 26. conf. 11. numer. 10. & in fine, conf. 18. numer. 18. vers. sicut ergo, de Suriana conf. 19. numer. 26. & 37. & filius ad partem conf. 10. num. 41. & amplius sequeretur quod filius tertio generis non excluderet filiam secundogeniti, quia in e. solum dicitur, quod tertio generis excludat nepem ex secundo, quod etiam esset absurdissimum ex eadem ratione.*

279 Sequeretur ulterius quod filius tertio generis habuisset possessionem feudi in vita fratris Primogeniti, non posset filius secundogeniti illum vindicare, & in successione patris obtinere, quia capitulum circa possessionis continuationem nihil disponit, & tamen quod continuatio possessionis fiat in verum successorem vigore dict. cap. 18. pro ut in linea descendenti virtute c. 118. communiter receptum est in Regno, ut per Milanensem *decis. 3. n. 27. lib. 1. Cumias super ritu ordine suo, c. 38. num. 387. Apont. decis. 50. nu. 21. vers. hoc quatenus, Amat. res. 39. num. 113. & ita fuit decisum in causa de Soriana, cujus casus erat ultra filios fratrum: alias cap. hoc fuisset inane, nam de facili posset Primogenitus carens liberis, feudum referre tertio generi, excludendo à successione filium secundogeniti aut inter nepem ex Primogenito sequeretur in successione avi inter nepem actuale feudum post, & amitam quæ in vita ipsi patris actuale feudum possessionem habuisset, nam cum in dicto cap. 204. nihil de continuatione possessionis fuerit dispositum, posset amitam contendere, quod ipsa præferri deberet nepiti; & tamen omnes fatentur dictum cap. 204. etiam disponere super continuatione possessionis sicut in dicto cap. 118. Milanensem, Cumia, Aponte, & Amato, ubi proxime Intrigiol. *decis. 43. n. 31. Corsetus conf. 19. n. 26. & 46.**

280 Ideo nec dicimus prædicta Capitula esse irritanda, & illuforia, si in dictis, & similibus casibus non disponent, præcisè fateri debet (prout invitis dentibus fatentur multi ex Doctoribus contrarii) quod procedunt, & operantur extra casus particulares ibidem demonstrationis, & declarationis gratia expressatos; & operari habent in omnibus, in quibus eadem ratio versatur, scilicet prerogativa melioris linee: sexus, vel originis.

281 Nec rursus obstat alia ex adverso ponderatio super verbis, ibi, *in tali casu*, quæ dicitur stare restrictivè, & impedire omnem extensionem. Nam responderetur, quod verba illa stant declarativè, & demonstrativè ad casum præcedentem, exempli gratia appositum, (scilicet, quod mortuo fratre primogenito, superstito nepote ex filio secundogenito, tali casu succedat nepos, & non frater tertio generis, vel ulterioris gradus; quare non percipimus rationem ob quam adversarii intendunt, quod verba prædicta stent restrictivè ad omnem capituli dispositionem; & de hoc satis.

282 Sed progrediamur in explicatione capituli. Dicitur deinde in eisdem supplicibus precibus Dom. Regi correctis, ita expostulari causa dirimendam litium, ibi, *per levar viale tante liti, e questioni donde nascono gran ruine à quelli tali che succedono.* Ex quo deducitur ejus dispositionem generalem fuisse, non verò particularem; imò favorabilem, & ut talem extendendam, & latè interpretandam, Farinac. in *Addit. ad conf. 27. litt. C. vers. sexta sit conclusio, tom. 1. & conf. 177. num. 11. lib. 2. Gratian. discept. capit. 271. numer. 35. Nevizan. conf. 5. numer. 35. Borrell. in summa decis. tit. 63. numer. 7. tom. 1. Otacius decis. 22. numer. 8. & multis laudat noster Baron. in allegat. impress. post tom. 2. de citat. numer. 29. 30. & 31. & dum generalis est, debet ipsius ratio attendi, & secundum illam dispositio generaliter intelligi, quamvis specialis casus sit expressus. Bart. in *leg. regula, §. si quis ius, ff. de jur. & fact. ignor. Baldus in authent. quas actiones, post num. 4. C. de Sacros. Eccles. Parisius, conf. 83. a. num. 17. cum segg. lib. 3. & infinitis relatis Juribus, de feud. §. 2. glof. 2. num. 21. Montan. contro. 2. num. 4. Altogad. conf. 86. post. num. 31. vers. quæ sit, & segg. Hodierna contro. cap. 23. a. n. 41. & cum aliis Baron. in supra citata alleg. num. 18. cum segg.**

283 Si enim prædictum Cap. ad unicum, & speciale casum, scilicet inter nepotem, & patruum esse restringendum, ut volunt adversarii, unica, & specialis tantum litis inter eos fuisse perempta, & omnes alie extra illum casum remanerent, prout in exemplis num. præcedentibus appo-

fratris, & aliis similibus, contra mentem Principis, & cum inconvenientibus ibidem ponderatis; unde dum non restringitur ad unam litem inter patrum, & nepotem, sed generaliter, & indefinite, inter transversales disponendo, dicitur, *per leuara via le tante liti, onde nascono gran ruine a quelli tali che succedono*, hæc ratio generalis, non ad illum casum specialem declaratè expressatum, sed ad omnes casus, in quibus inter eisdem transversales, lites, & contentiones esse possunt ex identitate rationis, tum dispositionis in casu specificato, tum dirimendarum litem generaliter expressæ, est attendenda, & amplianda.

285 Vulgare enim est, quod in legibus, & statutis ratio potius quam verba debent attendi. ex Baldo in di. 1. a. ubi, *quas actiones, col. 2. ubi* lafon. Parit. conf. 83. lib. 2. numer. 17. & 23. Honded. conf. 34. a. m. 26. tom. 1. Altiograd. conf. 86. ubi supra, Paul. de Cast. conf. 73. num. 2. & 3. lib. 2. Mart. cout. var. lib. 2. cap. 106. nu. 15. multa Velasco in loc. comm. lit. R. ex num. 4. quod fortius procedit in casu istius cap. in quo ratio est expressa, non autem subintellecta, & ex vi comprehensionis, non vero extensionis, casus, & personas, in quibus disponi, determinari, & comprehendit tradita per Declan. conf. 30. num. 10. 11. & 12. lib. 3. Baron. conf. 15. num. 5. lib. 2. Mart. Medic. exam. 1. in 26. Corset. conf. 19. num. 37. & plura nos supra, art. 2. nu. 36.

286 Quæ omnia procedunt in statutis correctoriis, in quibus ex identitate rationis datur extensio de casu ad casum, & de persona ad personam, etiam si de his nulli sit facta mentio, ut docent Parit. dicto conf. 83. num. 21. & 24. Paul. Caltren. dicto conf. 83. numer. 2. & 3. Riminald. conf. 235. lib. 2. Dec. conf. 227. & 284. Natta conf. 246. & 442. Canevet. in dicto cap. si aliquem, dicto verbo, sed tractandum, n. 62. fol. 284. Altiograd. dicto conf. 86. ubi supra, & quamvis non desint DD. qui contrarium teneant, quorum aliquos Advocati ex aduerso in suis allegationibus congerunt: tamen in non correctoriis, sed declaratoriis, nulla est dubitatio, & quod hæc nostra capitula declaratoria sint, cap. si aliquem, non autem correctoria, iam diximus supra ex Canonio Intrigliolo, Amato, & Curello, probatque laud. D. Blasius Joppulo in allegat. causa Canevet. fol. 18. vers. nam ex Capitulo, & in iustificationibus causæ Canevet. fol. 13. vers. & verba, & deprehenditur ex verbis dicti cap. 118. ibi, *si supplex Vostri Maestri si degni dicitur, & hæc est veritas, quicquid in contrarium dicant Corset. & alii in contrarium allegari.*

287 Quibus non obstantibus Advocatorum ex aduerso consideratio super verbis, ibi, *per leuara via le tante liti, onde nascono gran ruine a quelli tali, che succedono*: dum dicuntur dictiones illas *quelli tali, latine, illi tales*, omnimodam restrictionem importare, & ad personas ibi expressas tantummodo esse restringendas, ex proprietate dictionis illi, que refert solam personas expressas, & nominatas in proximo superiori versiculo, Barbo. dict. 147. & aliteris dictionis talis, que repetitiva est certa, & determinate qualitates, & personas, idem Barbo. dict. 39. n. 2. alias (inquit) si dictiones iste non restringerentur ad certas personas ibi expressas, essent sine dubio superflue, & satis fuisset dicere *per leuara via le liti*, & ideo nec dicitur absurda interpretatio, quæ sit statuta verba superflua, & inania, admittere necesse est, quod illa dictiones sunt restrictivæ.

288 Quia existimavimus hæc meram cavillationem esse, primo, nam verba que præcesserant ante prædictam clausulam, fuerant generalia, & apta comprehendere omnes casus, qui inter transversales venire poterant, ex quibus lites sperare possent, ut constat ex verbis ibi, *li quali non disponendo nella linea transversale, ma solo nella dicitur dicitur*, linea enim est collectio plurium personarum, ab eodem filio descendendum, ut communitur docent DD. per text. in l. stemmata, ff. de gradibus, c. quod dicitur de consangu. & affinit. & ideo verbum linea universos descendentes in infinitum comprehendit, Alex. Rauden. conf. 30. num. 33. lib. 2. Rota per Farinac. de off. 226. num. 3. part. 2. recent. Addentes Molinæ lib. 3. cap. 6. num. 33. unde dum de linea transversali, & sic de pluribus personis in ea existentibus, antecederent mentionem fecisset statutum, iam appert verba illa frequentia, *a quelli talis che succedono*, non posse restringi ad solas personas nepotis, & patris, neptis, & amite, quæ tunc non erant commemorata: sed præcisè ad omnes, qui in linea transversali succedere prætendunt, generaliter, & indefinite esse referenda.

289 Quod & confirmant sequentia verba ibi, *si supplica a Vostri Maestri che resti servata a procedere, e comandare che da qui innanzi questo medesimo si habbia da osservare in li-*

nea transversale, ex quibus aperte deducitur, rationem dirimendarum litem à Regno propositam, ut causam finalem supplicationis Dom. Regi porrectæ, generaliter fuisse consideratam inter personas succedere habentes, utpote de linea transversali, & sic nec ex antecedentibus, nec ex subsequentibus colligitur in prædictis dictionibus fratre restrictivè ad certas, & determinatas personas, ut in contrarium minus rectè pretenditur.

Secundo, quoniam prædicta verba, *quelli tali*, non appellantur super verbis, ibi, *per leuara via le tante liti, sed super sententiis, que dictiones illas immediate præcesserant, ibi, onde nascono le ruine*; & sic apparet, rationem dirimendarum litem, generaliter fuisse, & eo modo prolatam, prout voluit adversarij, nec deur superfluitas in hoc statuto, videlicet *per leuara via le tante liti*, illa verò que sequuntur, nempe *onde nascono gran ruine*, stant ponderativè ad denotandum damnum, quod ex litem oritur, & quod effugere pro bono Republicæ erat intentio Regni, & hoc clamum illos, qui succedunt, pati indebitè expiuntur ibi, *a quelli tali che succedono*, nulla certa persona nominata, quasi solus illi statutum velle declarare prerogativam lineæ, & primogenituræ in linea transversali, ad dirimendas tot lites, ex quibus illi tales de prædicta linea, qui verè succedere debent, ruina patiantur, qui quidem est proprius, & naturalis prædictorum verborum intellectus.

Præterea præ oculis habuimus istius Capituli Rubricam, que sic loquitur: *In successione feudorum, deserviente linea primogeniti, filius secundogeniti primogeniti præferatur tertio genito, & item filia secundogeniti præferatur tertio genito, non autem tertio genito*; hæc enim Rubrica potest allegari ut lex, eo quod auctoritate publica, hoc est de mandato Proregis, per Don Raymundum de Ramundetta Consistorii S.R.C. præfidentem, fuit concessa, & pro summario dicti Capituli apposita, ad tradita per Everardum loco de rubro ad nigrum vers. & quia dixi, & vers. uno enim modo, Cravetta conf. 61. n. 1. Abruzzo in suis practicabilibus rubricis, n. 84. & ad minus habet auctoritatem probabilissimam opinionis, in Regno communitur receptæ, ut per Amat. dicta resolut. 1. num. 82. Abruzzo ubi proxime nu. 47. omnino in puncto videndus, sicque debet attendi, & quod id attenditur in decisione causarum feudaliū inter transversales, de quibus, & eorum linea capitulum istud loquitur.

Ereodem modo, ac si essent leges, attendantur aliæ Rubricæ Capitulum Regni, ut per Cumiam in dicto cap. si aliquem, verb. antequam, num. 291. & melius super Ritu in prædicto num. 7. & 8. Canevetium in eodem cap. si aliquem, vers. *de non erit*, num. 6. fol. 296. Cornucum conf. 199. num. 38. lib. 2. Muta in consuetud. Panorm. cap. 42. num. 21. Aloyfium de Septimo in dicto cap. si aliquem, vers. *sed hic cadit*, fol. 391. quod in terminis istius Capituli negare aucti non sunt alii Regnicolæ DD. qui pro contraria parte contra lineæ prerogativam allegantur. Scilicet Hieronymus de Neapoli, & Marianus de Imperatore in causa Mirabella, & Scribentes in causa de Caputaro.

Cum igitur Rubrica ista habeat orationem perfectam, nec per statuti verba restringatur, omnino debet attendi, ab eaque nigrum ampliari, extendi, ac declarari: & pro textu ad causam decisionem potest allegari ex Rota apud Ludovillum, de off. 5. num. 2. quæ multos laudat, Imola in Rubrica, ff. de verb. obligat. num. 7. & 8. Berous conf. 151. a. num. 1. tom. 2. Carpan. ad Statuta Mediolanens. cap. 298. num. 278. Natta conf. 282. num. 10. col. 2. Soccius Sen. conf. 128. n. 9. lib. 4. Barlat. conf. 122. n. 16. lib. 1. Cornucum conf. 67. num. 1. lib. 1. ubi, inquit, quod si rubrum statuti disponat, quod mulier dotata non succedat, non solum excluditur soror, sed etiam qualibet alia mulier soltem generalitatem Rubricæ, & alia ad propositum adducit Caltren. conf. 85. numer. 5. lib. 2. ubi, quod si Rubrica generaliter dicat mulierem extantibus masculis non succedere, textus autem dicat, quod mulier extantibus masculis patri non succedat, declarabitur textus à Rubrica, & mulier non succederet patri, nec matri, avo, nec similibus Alexand. conf. 1. vers. præterea, lib. 4. & conf. 6. col. 1. ad fin. vers. secundo propono, lib. 7. Bertaz. conf. 35. num. 1. lib. 1. Malcard. de interpret. statuti. conclus. 2. numer. 197. Altiograd. conf. 86. ante numer. 14. vers. unde nota difficultas, & numer. 15. cum multis seqq. ubi in terminis statuti Petraræ Rub. 139. lib. 2. disponens de successione masculi, ibi, *si quis masculus decesserit*, inquit, quod quia Rubrica illius generalis est, ibi, *de successione ab intestato*, non obstante expressione qualitatis masculinitatis, de qua in statuto, successio etiam passiva feminarum inco-

in eodem statuto est comprehensa ex Rubricæ generalitate: qui omnino videndus est.

294 Quod quidem in fortioribus terminis observatum videmus in hoc Regno, nempe in casu cap. 85. Dom. Imperatoris Caroli, per quod licet in nigro tantum disponatur circa causas successiones, & legati compromittendis inter conjunctas personas, tamen ex quo rubrum generale est, & orationem perfectam continet ibi, *de questionibus civilibus ventenibus inter conjunctas personas compromittendis*, hæc generalitatem nigrum ampliat, ut non solum in causis successiones, & legati, verum etiam in omnibus aliis ex illius capit. dispositione conjunctæ personæ compromittere cogantur, ut in specie dixerunt Intrigliol. singul. 198. lib. 1. Burg. de laudemio, pari. 3. in spec. 24. n. 2.

295 Ex quibus colligitur, tam in presenti capitulo, quam in ipsius Rubricæ linealem prerogativam fuisse consideratam, & dum Rubricæ per verba clarissima, nullamque obsecuritate habentia, ut à nigro opus sit intellectum desumitur, lineam primogeniti in conditione ponit, ut succedat filius secundogeniti præmortui, præcisè fateri debet omnes personas de prædicta primogeniti linea considerandas esse, ut per mortem ultimæ ex illa linea succedat filius secundogeniti præmortui ex linea proximiorè, à qua defunctus processerit, hoc est, quod licet primogenitus decedens, non sit frater, aut patruus, sed ultra patrum, & sic patruelis, & infra, semper filius secundogeniti, aut ex ejus linea, qui superierit, succedere debeat, ut expressè tenet Milanens. de off. 8. num. 239. lib. 1. qui tamen in terminis dicti cap. statutum, contrarium in illa decisione defendit, tamen attentio hoc c. 18. Regis Philippi indubitanter firmat lineam esse considerandam.

Unde rejicienda venit aliæ advocatorum ex aduerso consideratio, dum dicunt dupliciter inspic posse hanc primogeniti lineam, vel ob mortem primogeniti absque liberis, vel cum liberis, qui deinde abque eis decesserint; & sic interpretandam esse Rubricam, ut correspondeat primo intellectui, qui magis accommodatur nigro, scilicet, quando linea primogeniti decesserit ob illius mortem absque filiis.

Caret namque omni proferus fundamento superior distinctio, & Rubricæ interpretatio, quia (ut aliis diximus) linea est collectio plurium personarum ab eodem filio descendentiū; cujus lineæ caput est filius primogenitus respectu suorum descendentiū, sicut secundogenitus respectu suorum, & omnes dicuntur de stirpe, seu trunco, hoc est, communi ascendenti possessore, à quo processerunt. Unde primogeniti linea non potest consistere in ipso solo primogenito, sed potius in ipsorum filiis, & descendentiis, qui de linea primogeniti dicuntur, considerantur communi stirpe, & inter se respectu originis à diversis filiis, deducto ordine generis; non enim potest esse linea filii ipsius, imo, qui ab eo descendunt, dicuntur de ipsius linea.

Et sic Rubricæ verba non sunt intelligenda de illo primogenito ultimo moriente absque liberis (qui lineam non constituit, nec moriendo sine illis consistere potest) sed de deficientia lineæ primogeniti antecessoris, hoc est, patris illius primogeniti ultimo morientis, de cujus linea dicitur moriens; & secundum hoc verificatur dispositio Rubricæ, & capituli, quoniam deficientia linea illius primogeniti antecessoris ob mortem omnium suorum filiorum tam primogeniti, qui successit, quam aliorum, qui erant primogeniti fratres, & verè dicitur, quod deficit linea primogeniti effectiva, & contentiva, & locus est successioni transversaliū provenientium ex linea secundogeniti fratris illius primogeniti, cujus linea extincta est, habito respectu ad communi stirpem, quod probatur ex doctrina Caltrensis in l. maritus, num. 5. vers. seq. C. de procuratoribus, quem sequuntur Jafon. Decius, & alii apud Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 24. ubi inquit, quod linea Titii incipit à filiis ejus.

Et hinc intellectus ad dictum c. 18. etiam seclusa rubrica propriis, & præcisus est, nam si fingeremus, (prout quotidie accidit) quod primogenitus feudi possessore decessisset nullo relicto fratre, nec sorore, nepote, aut nepte, sed tantum filii superstitibus consobrini, sui patruelis (ut est casus noster) supervacua, & inanis esset ipsius dispositio, dum specialiter loquitur de fratre primogenito, qui fratribus, & nepotibus superextantibus vita functus esset: non enim postea habere locum in casu prædicto; & ex eo sequeretur, quod frustratus esset finis dirimendarum litem, qui motuum præbuit supplicationi Regni, & ipsa supplicatio, cui Princeps libenter

annuit pro casibus futuris, & in quibus linea collateralis collectivè mentio facta fuit exprimitur, quod exaqueretur cum descendenti.

Ne ergo dicamus prædictum cap. nihil in ulterioribus transversalibus post fratres, & eorum filios, dispositivè, relinquendo materiam litem inter ceteros consanguineos, & abutendo proprietate verbi linea toties repetiti, verissime affirmandum est, quod verba, ibi, *morenda il fratre primogenito senza figlio*, exempli causa apposita, sunt intelligenda prout rubrica illa summatim, nempe, *deficiente linea primogeniti, &c.* illo namque casu, scilicet, ob mortem ultimi primogeniti de linea effectiva, verè dicitur defecta linea primogenita, ut possit succedere proximior de secundogenita, sive sit frater, nepos, patruelis, aut patruus, ut sæpius diximus, & probavimus.

Cum qua interpretatione concurrunt, & notabiliter consonant alia verba prædicti capituli, que in hunc locum consultò reservavimus, ibi, *succeda il detto nepote maschio, e non l'altro frate terzogenito, vel ulterioris gradus*, ommissis namque altercationibus inter nostros DD. Regnicolas super expositione, & vera intelligentia prædictorum verborum, vel ulterioris gradus, quibusdam contententibus, quod debent intelligi de gradu consanguinitatis, scilicet, quemadmodum filius secundogeniti præmortui excludit patruum tertio genitum, sic & eodem modo excludi ejus filios, & descendentes; aliis verò, quod de gradu ordinis, & genturæ accipienda sunt, nempe ut eodem modo excludat quartogenitum, quinto genitum, & ceteros, uti videri potest apud Amatium resolut. 1. num. 67. Corsetum consil. 11. numer. 12. & ibi Additionator filius, numer. 40. cum seqq. Canevetius in cap. volentes, & cap. si aliquem, verba sed tractandum esse, fol. 284. numer. 64. & 65. Nos de uno, & altero gradu exaudienda esse censuimus.

Movemur hoc præcipuo fundamento, quia Corsetus, & alii, qui de gradu ordinis verba illa accipiunt, (ut sic restringant istius capituli dispositionem) affirmant de gradu parentelæ, seu consanguinitatis prædicta verba exaudiri non posse, quia dispositio esset de indubitabilibus, nam si nepos excludit patruum gradu proximiorum, multo magis excludit filium patris, & alios ipsius descendentes remotiores: ne igitur dicamus (inquit) dispositionem esse de indubitabilibus, præcisè debet de gradu ordinis, & genturæ intelligi.

At idem argumentum contra Corsetum, & suos sectatores retorquetur duobus mediis; primo, quoniam si verba prædicta de gradu ordinis tantum accipienda essent, pariter dispositio esset de indubitabilibus, si namque nepos excludit patruum tertio genitum, qui ut major natu excludit quatto, & quinto genitum; à fortiori dicendum est, illos à prædicto nepote excludi, ex vulgari regula, si vinculo vincenem te, à fortiori vincam te, leg. de accessionibus 14. §. item, vers. qui me, ff. de divers. & temp. præscript. Velasco in loc. comm. lit. V. num. 137. & sic opus non erat hoc in prædicto capitulo exprimere.

Secundo, nam si ipse Corsetus, & alii agnoscunt, nepotem ex secundogenito excludere filios tertio, & quarto genitos, & hoc firmant esse indubitabilia; negare non possunt etiam de gradu parentelæ prædicta verba exaudiri posse, saltem quoad declarandam lineæ prerogativam, quam ipsi imperitio impugnant. Pater, quia inter filios fratrum non datur de jure communi representatio etiam in successione alterius patris, quando non concurrunt cum patruo, ex veteri sententia Azonis, (de qua inferius) ergo si nec linea, nec representatio attenditur, præcisè in paritate gradus, & sexus, prerogativa majoris ætatis consideranda esset, dum autem filius ex secundogenito filium ex tertio, aut quartogenito (secundum prædictos DD.) excludit, nulla habita ratione majoris ætatis, veline non sit, fateri debent, hoc non ex alto capite, quam ob prerogativam melioris lineæ contingere posse, ac per consequens, verba prædicta non otiosè fuisse adhibita ad designandum gradum parentelæ, & sic incidunt in scillam, cupientes vitare caribidem.

Igitur, ne prædicta verba in nostro Capitulo sine virtute aliquid operandi contra vulgares regulas stare dicamus, rectius est illa intelligere de utroque gradu, & ordinis, & parentelæ, ut apparet fuisse cum mysterio apposita ad graduum successione inter transversales cum prerogativa melioris lineæ, sive enim cum Corset. filio ad patrem, dicto consil. 11. num. 40. & seqq. verbum gradus, accipiendum de gradu ordinis, seu dignitatis, sive in propria significatione,

titulo, an e. 118. Dom. Imperatoris habeat locum in dispositione ex testamento in feudo hereditario (de quo loquitur, ut videtur ex nu. 9.) & concludit, quod non, nisi sit ex pacto, & providentia, & in hoc supposito dicit d. 10. num. 6. quod dubium de iure communi erat in successione ab intestato, & quod sic intelligi debet dictum cap. Novissimum, & tamen alius in locis prerogativam lineae admittit, videndus d. 10. cent. 2. art. 3. numer. 52. & 53. & art. 42. num. 62. Milanens. in decis. 8. num. 197. nihil concludit, & in numer. 238. a nobis allegatus expressè in terminis istorum cap. ultra filios fratrum representationem admittit, & sic obiectio ista remanet evacuata.

324 Secundo, opponunt, non fuisse consideratam prerogativam lineae in his capitulis novissimis, & ex eo deducunt, quod patrum secundogenitus praefertur nepoti ex primogenito praeferentio contra regulas primogenitorum, & prerogativam lineae, cuius vigore in illis regionibus, ubi ea admittitur, nepos ex primogenito excludit patrum secundogenitum, & sic deinceps filia ex secundogenito excludit tertio genitum, ex Molin. lib. 3. c. 6. n. 49. Flores de Mena in additionibus ad Gamam decis. 59. Svelves conf. 95.

325 Levissima tamen haec oppositio nobis visa est, cui ut congruum praebamus responsum, est praemittendum breviter, feminas de iure communi feudorum extantibus masculis remotoribus, penitus exclusas, ita demum per Regni constitutiones. In aliquibus, & ut de successoribus, esse admittas, dummodo cum masculis proximioribus, aut in eodem gradu non concurrant, ut in terminis cap. Si aliquem, tenent communiter omnes Nostrates, quos infra in quarto articulo laudabimus, cum autem per haec novissima capitula fuerit declarata prerogativa lineae, & in ea representatio in finem, & hac ratione femina melioris lineae haberet excludere masculum, non solum in pari gradu, sed etiam in proximiori existentem, quod erat contra primam naturam naturam, & institutionem, & adversus succedendi formam in Regno receptam (imo contra rationem agnationis conservanda inter agnatos descendentes à primis feudorum acquiritoribus, quorum domus, & familiae publice intererant perpetuari, & conservari) hoc matura deliberatione Dom. Regibus, & Regni Proceribus inventibus, ac considerantibus, in praedictis novissimis capitulis, antiquorum vestigiis inherendo, masculos agnatos in quantum possibile esset, favore prosequi voluerunt, ita tamen, ut non in totum feminas excluderent, sed eas potius in illis casibus, in quibus praedictis agnationis conservandae favor cessaret, admitterent, inter illaque primogenitum prerogativam servari debere declararent.

326 His sic peractis, dicitur, mentem, & intentionem Dom. Regum ita utentium verbis expressis in dictis capitulis declarata, eam fuisse, ut in feudorum successione saltem agnatio impropria, & ficta (quam artificiosam DD. vocant) conservari deberet, ut constat ex dicto cap. 204. Dom. Imperatoris, ibi, a talche li Stari, & Baronia venogono a conservarse, & perpetuarse in le casate, & cognomi donde procedano, & turtus in cap. 18. Dom. Regis Philippi, ibi, accioche li detri Stari, Baronia, & Fegbi venogono a conservarsi, & perpetuarsi nelle casate, & cognomi donde procedano. Ex quibus manifestè apparet rationem praelationis masculorum in status expressam, non ob aliam causam, quam ut conservaretur agnatio, fuisse adiectam, in quo Nostrates conveniunt, ut supra, numer. 308. tetigimus, & latius in art. 4. demonstrabimus (licet dissentiant in puncto extensionis dictorum capitulorum, quod nobis pro nunc disputare non licet.)

327 Haec autem praelatio masculorum, si sit perpetua, (ut scilicet, stantibus agnatis femina non succedat), prout ex ratione expressa deduci videtur, si sit limitata, & restricta ad certos gradus, (ut autumant nonnulli ex nostris) non offendit regulas primogeniturae, sed solum inducit qualitatem attendendam, & considerandam inter eos, qui sunt de familia primi testatoris, aut acquiritoris feudum, ut primo loco admittatur masculi ex masculis, & his deficientibus feminae, & ex eis descendentes masculi. Et quavis hanc succedendi formam DD. Hispani in contrarium laudant, & alii quamplurimi, quos in re adeo clara consulo omittimus, irregularem dicant, & communiter agnatiivam, (seu nuda, & simpliciter masculinitatis, quando feminae solummodo reperitur excludat,) non ob id negant esse primogenium, aut majoratum, in quo servari debere regulas primogenitorum, sed ideo formam irregularem vocant, quia opponitur regulari, & ordinariae, in qua feminae pariter masculi ad-

mittuntur, & melioris sunt lineae, & intra lineam ubi observatione gradus, & in pari gradu sexus, quae majoratus forma dicitur regularis, nam est conformis consuetudini Hispaniae, & legibus pariter, scilicet l. 2. tit. 15. part. 2. quae de successione Regni loquitur, videndus Molina, lib. 3. c. 5. per tot.

328 Duae enim considerandae sunt lineae, altera substantiae, seu sanguinis, altera vero qualitatibus prima sunt omnes descendentes institutoris, aut acquiritoris feudum ad eius successorem vocatis, in secunda illi tantum sunt, qui habent qualitates requisitas in fundatione, seu investitura ad succedendum, ut potè si sint vocati soli masculi, prout in puncto dixerunt Baldus, confil. 334. num. 10. d. 1. 3. Ancharanus confil. 95. num. 7. atque ideo, non ex eo, quod femina ex clava sit propter masculum, sequitur quod non sit consideranda linea, imò hoc dicere absurdum est, quia tunc femina, licet sit in linea sanguinis, & substantiae, ut possit succedere deficientibus masculis, tamen non est in linea qualitatibus, quae sequitur successorem, & quae primo loco consideranda est, & in qua illi soli existunt, qui habent masculinitatis qualitatem requisitam, inter quos illae res observationes attenduntur, scilicet, linea, gradus, & aetas (in qua enim omnes pares esse debent, alii non erunt in linea qualitatibus, ut notissimum est.)

329 Quare in hoc Siciliae Regno stantibus praedictis novissimis capitulis, ex quibus agnatio, seu masculinitas qualitas in feudum successione praefertur, nunquam femina praetextu etiam melioris lineae deservit, à masculo primogenito potest succedere ad exclusionem masculi proximioris, vel in pari gradu, quia masculus est in linea qualitatibus, quae reperitur privilegiata, imò in linea descendenti quilibet masculus remotor etiam feminae praefertendus si sit agnatus, & haec tantummodo succedit ad exclusionem agnati transversalis, etiam si sit patrum.

330 Deficiente vero linea ultimi possessoris, & sic inter ipsius transversales descendentes de linea proxima, à qua defunctus processerat, quilibet agnatus, seu cognatus proximior, vel in pari gradu, sine dubio feminae praefertur, & ex veriori sententia fundata in ratione expressa in dicto cap. 18. etiam agnatus remotor illam excludit, & solum subterni poterit, quod non excludatur à cognato remotiori inferioris lineae; nam si ille ex linea primogenita descendat, femina proximiori praefertendus primogenitus, nisi concurrat cum matertera in capillo, & sic cum forte matris ipsius.

331 Inter ipsas autem feminas ad successionem abique masculis concurrentes, primogenitura, & melioris lineae prerogativa servanda est, ita tamen, quod si in pari gradu concurrant primogenita, & minor natu in capillo, haec alteri praefertatur, & minor natu in capillo, haec alteri praefertatur, ex dicto cap. Si aliquem, quod quantum ad hoc illibatum permanet, & haec etiam inter masculos cognatos inter se concurrentes observandum censemus, ut sic ille praefertatur, qui ex meliori descendit linea, licet sit gradu remotior, quod ex mente, & verbis dictorum capitulorum expressissime deprehenditur (licet Nostrates non sic explicent, sed satis confuse loquuntur.)

332 Quomodo est accipiendum vulgatum illud dicitur, quod femina proximior praefertur masculo remotiori; tolerabile ante editionem praedictorum capitulorum ob communem antiquorum acceptionem, existimantium dictum cap. Si aliquem, privilegiae gradum, & exclusivè representationem; sed jam intollerabile, & erroneum, ac contra lineam prerogativam, & agnationis qualitatem in dictis capitulis expressissimis verbis consideratam.

333 Unde jam apparet, quantum sit frivola contraria obiectio ad impugnandam prerogativam linealem, cum ideo femina descendens ex meliori linea, si cum masculo ad successionem concurrat, illum non excludat, quia ipsa non est in linea qualitatibus à nostris Capitulis privilegiata, & anteposita, nec censetur vocata, nisi in defectum masculorum, & prout superius explicavimus, quod intelligendum est in illis feudis, in quibus adest clausula juris Francorum, vel subintelligitur ex dispositione Capitulum Regni, secus autem si in prima investitura, vel testamento, aut alia primi acquiritoris provisione aliter cautum sit, illud enim servabitur.

334 Denique ad excludendam lineam, numerosam DD. catervam, ac rerum iudicatarum in Regno quamplura exempla contra illam adducunt, ex quibus probare intendunt restrictionem dictorum novissimorum Capitulorum, et ita magis communiter esse recepta, et observata.

335 Sed ut appareat, quam levis ponderis sit hoc DD. agmen, respondeamus quod de Regnicolis ferè omnes loquuntur in terminis dicti cap. Si aliquem, cuius verbis alacrinati, & eorum verum sensum non percipientes, pro gradu proximioris, & in paritate gradus pro majori natu concludunt; hi sunt antiquiores; Saccrata in compend. cap. Volentes, verb. sbaro, Petrus confil. 11. Corlett. confil. 199. n. 38. & 44. lib. 2. Petrus de Gregor. de concessione feud. part. 4. quest. 4. n. 8. & 10. & quest. 10. per tot. Aloysius de Septim. in cap. Si aliquem, Nicolaus Sollima in Apostilla ad idem cap. Jacob. Russo in conf. causae linguae grossa 9. num. 23. & 25. Hieronymus Gimia apud Milanens. decis. 9. ex numer. 30. & numer. 47. & 48. & a num. 82. Raudens. confil. 141. num. 65. inter confil. ultim. volunt. & confil. 1. num. 65. & seq. lib. 1. consiliorum, & licet alios referant Advocati ex adverso, nos illorum non meminimus, quia sunt Auctores, qui in una, aut altera causa, ut Clientibus inservire ut ipsorum Advocati, allegationes scriperunt, quarum paucissima praedictae sunt, & nonnullae manuscriptorum, raro inveniuntur.

336 De recentioribus vero, licet multos pro se referant Adversarii, si attentè legantur, paucissimi sunt, Cumia in dicto cap. Si aliquem, verbo eodem ordine num. 7. & verbo gradu n. 34. 42. 72. 103. & sequentibus loquitur in terminis illius cap. Et quavis jam fere tempore esset editum dictum cap. 218. Dom. Imperat. Caroli, tamen, quando scripti, non erat impressum, ut ipse testatur dicto verbo gradu n. 38. Imò nec intellectum, nec practicum, & alla novissima capitula non fuerant à Dom. Regibus impetrata, & hoc non obstante in eisdem terminis cap. Si aliquem, pro primogeniturae, & lineae prerogativa concludit in verbo proximior num. 23. & num. 29. 39. 40. & seq.

337 Cannet. in dicto cap. Si aliquem, vers. sed praemittendum n. 90. & 91. fol. 247. & vers. an filius num. 19. fol. 285. expressè loquitur in terminis praedicti cap. & nullum verbum facit de cap. noviss. & antea in vers. sed tractandum per tot. & num. 62. & seq. firmiter defendit extensionem nostrorum Capitulorum, & dicit non correctoria, sed declaratoria esse.

338 Maffrili. ad Petr. de Gregor. d. 4. part. quest. 10. lit. A. pro nostra sententia se subscripsit, dum dicit opinionem Petr. de Gregor. qui pro gradu prerogativa tenuit, esse correctam per novissima Regni Capitula.

339 Milanens. d. decis. 8. n. 224. 227. & 228. lib. 1. loquitur etiam in terminis dicti cap. Si aliquem, & postea n. 238. expressissimè in terminis noviss. cap. pro eorum extensione, & lineae prerogativa suffragia dedit.

340 Intrigliolo. de feud. cent. 2. art. 42. n. 60. & 62. & art. 26. n. 203. in nihilo faver Adversariis, quia punctum non disputat in terminis dictorum cap. noviss. & in d. art. 42. n. 62. magis se inclinat ad lineam, cuius naturam non percipit, & citat Molinam de primogen. lib. 3. cap. 4. numer. 14. quem sequitur videtur, & antea dicta cent. 2. art. 3. numer. 52. & 53. (ubi pro nobis est allegatus) expressè sequitur Cumiam dicto verbo proximior, & restitit cum eius opinione pro prerogativa lineae.

341 Corlettus confil. 9. num. 33. confil. 11. n. 7. confil. 38. & confil. 26. n. 4. & filius ad patrem in addit. ad confil. 10. numer. 28. usque ad 30. (quavis sicut pro restrictione praedictorum Capitulorum) loquuntur in diversissimis terminis. Ille enim, scilicet, Pater (qui cum Bolognetto conf. 9. a num. 23. & 52. scripsit in causis, de quibus loquitur) agit, & ambo agunt de feudis in forma larga, & in illis, qui erant in forma stricta, aderat primi acquiritoris expressa dispositio ad favorem gradus, in quo puncto ipse Corlettus residet; ad uterque tam pater, quam filius pro extensione dictorum Capitulorum, & ut comprehensivè consuluerunt in omnibus casibus, in quibus agnationis conservandae favor posset considerari, ut videtur etiam in confil. a nobis super praet. nempè confil. 9. n. 36. confil. 11. num. 10. confil. 18. n. 18. vers. Ita ergo de Suriana, & confil. 19. numer. 37. & 38. & filius ad patrem confil. 10. numer. 41. Imò & pater d. confil. 26. num. 4. in contrarium adductus vers. In hoc tamen, etiam in terminis cap. Si aliquem, agnoscit difficultatem in materia representationis, propter consuetudinem opinionum, & sic dicit, non esse in illam intrandum, quia sunt infiniti, qui contrarium tenent, (hoc est representationem esse concedendam.)

342 Tobias Benfare apud Lunam confil. 17. num. 15. loquitur in feudo in forma larga abique clausula juris Francorum, ut ipse fatetur num. 31. & non disputat quaestionem in terminis cap. 18. Dom. Reg. Philippi, sed illud cursum tangit

num. 11. & nihilominus in illa causa Campifranco fuit contra illum decium ad favorem D. Francisci, qui licet gradus remotioris, erat de meliori linea, ut supra in 5. art. retulimus.

343 Multa in dicto cap. Si aliquem, n. 55. & 56. nihil contra nos resolvit, imò num. 55. lineam approbat sequendo Cumiam, sed postea num. 144. & 145. expressissimè etiam in terminis illius cap. & indubitanter attentis novissimis, representationem, & lineam in infinitum agnoscit, & cum illa restitit opinione.

344 Giurba de feud. s. 1. gloss. 1. jam diximus supra num. 313. in nihilo faver Adversariis. In s. autem secundo, num. 64. (ubi etiam ex adverso allegatur) solum dicit, quod in terminis cap. Si aliquem, vocantis proximioris, non datur representatio, & propterea num. 63. multis probat excludam non esse ex vocatione proximioris. Ad postea in eodem s. 2. gloss. 10. per totam, & a n. 47. & n. 50. vers. quare audientis, ubi per nos allegatur, lineam materiam ex professo tractat, & in illius favorem multa adducit, firmans esse observandam in his feudis primogenitorum.

345 Et licet ab Adversariis rursus allegetur in eadem gloss. n. 51. ubi inter duos Patruales ex duobus praedictis fratribus, sentire videtur, quod sit praefertendus major natu, licet filius sit ex fratre natu minore; tamen ne dicamus ipsum sibi contrarium antecedentibus, & subsequentibus extitisse, ac voluisse destruere illud, quod satis punctualiter transcripsit ex DD. quos ibi laudat, pro prerogativa lineae inter omnes descendentes ex primo acquiritore senci, & in investitura vocatos, intelligendum est illum in dicto num. 51. usque ad 54. loquutum fuisse de transversalibus, non descendentibus à primo acquiritore, & in terminis juris communis, ut apparet ex initio dicti numer. 51. ibi, aut inspecto iure communi loquitur, &c. & apertissime num. 52. ubi rationes, quas reddit, & DD. quos indicat, loqui de praedictis transversalibus, & in vers. tertio verisimilitudo illa in verbis, ibi, tum quia remotiores sunt, & de quibus non ita cogitasse testator videtur, cum in primogenio vocata linea, transversales non continentur, quae verba de transversalibus, qui descendunt à primo institutore, impossibiles est, quod accipiantur.

346 Et indubitanter hic intellectus colligitur ex his, quae dicit numer. 53. quod totum correspondet distinctioni linearem, quam propulerat num. 20. ad finem, vers. Ego vero, ubi tres lineas constituit, unam possessoris, alteram primogenitii, & tertiam cuiusvis alterius successoris remoti, quarum primam, & secundam explicat usque ad numer. 45. firmans, verum esse, quod de linea primogenitii (de qua nos agimus) scriperunt plerique DD. de Hispanis, & exteris a nobis in hoc articulo laudatis, ut videtur etiam num. 27. vers. circa secundum. De tertia vero linea incipit loqui dicto num. 45. vers. circa tertium, ubi aliquantulum se confundit, & labitur, quia existimat esse diversam à linea primogenitii, & tamen totum, quod ibidem scribit, consonat cum hac linea, de qua eodem modo, & forma loquutus fuerat d. n. 27. cum reverà hoc non conveniat tertiae lineae ab eo propositae d. n. 20. ad finem.

Et nihilominus in n. 46. vers. Ego vero, si iam opinionem proferens, dicit, errasse eos, qui de iure communem unam solam lineam (scilicet possessoris) dicit scriperunt, quod praefertitur usque ad dictum num. 30. ubi in vers. quare, si fiat non esse amplius audiendum Petr. de Greg. par. 4. qu. 10. qui pro gradu proximioris, & in pari gradu pro majori natu scripsit, & dicit eius opinionem correctam esse per dictum cap. 18. Dom. Regis Philippi, quod praefertur linea (verba sunt Giurbae,) ut ibidem perbellè summat Ramondetta, & interpretatur, & eodem themate retento, sequitur in vers. sed illud quoque, multa incautus circa praedictam lineam primogenitii, & in vers. transversales, licet remoti respectu ultimi possessoris, attento respectu, descendentes a primo sint, eoque respectu, in linea descendenti consistunt, ac proinde non minus eorum suo loco, quam eorum, qui vere descendentes sunt, ratio haberi debet in lineis considerandis, & videndus est usque ad finem dicti versiculi.

348 Quare proculdubio dicendum est, Giurbam, magnitudine materiae consilium, equivocationem passum fuisse, dum incipiens loqui de praedicta tertia linea cuiuslibet remoti transversalis, in illo, quod proprium erat lineae primogenitii, inter illos transversales à primo acquiritore, ut si ipse descendentes, (circa quos indubitanter firmaverat, & semper abque hesitatione firmavit, lineam considerandam, & observandam esse.) Sed tamen in quaestio-

ne proposita circa lineam propriè, & verè transversalem, respectu primi acquiritis, suam proposuisse opinionem in d. n. 51. usque ad 54. loquens in terminis iuris communis, & hoc irreverentem reliquit.

349 Quod evidenter constat. Quia ex num. 55. rufus assumitur materia lineæ inter descendentes, & disputat, utrum debeat representatio, & transmissio, & multa corollariè inferret, extra choros saltando, & deinde num. 62. iterum agit de linea, & repetit quæ propria sunt lineæ primogeniti inter transversales, & usque ad nu. 82. constanter lineam defendit, ex num. 83. impugnat Martam de success. legal. 3. part. quæst. 1. art. 2. a num. 39. & seq. vol. 1. qui contra lineam infurxit: (Videatur num. 85. versio. Respondeo secundo, & num. 87. & in vers. Respondeo 1. & per tot. num.) ex quibus apparebit pro linea firmiter se subscripsisse in nostris terminis.

350 De DD. Neapolitanis, & exteris, quos pro se allegant Adversarii, non est curandum; quoniam Marta communiter reprobat, Rovitus tenuit contrarium, & sic pro linea notavit, in tom. ad Pragmat. Regni Neap. tit. de feud. pragmat. 11. num. 44. Loffredus ad Iterniam, Afflicus, & Caputis, ad rem non faciunt, quia loquuntur in diversis terminis, Censallus ad Peregrinum, in loco ab Advocatis ex adverso allegatus, nempe art. 21. fol. 72. vers. tertio observo, nihil dicit, & solum in dicto art. 21. fol. mibi 35. vers. secundo observo, cel. 1. inquit, quod quando statutum, vel testator majorem requirit ætatem de tempore successions, cessat representatio, & subingressio (de qua assertione, & ejus veritate jam supra discussum est) at in art. 20. fol. 30. versio. prima ergo sit conclusio, cum seqq. lineam in primogenitis defendit Regens Ursinus de feud. 2. part. quæst. 4. art. 1. num. 14. fol. 105. & art. 2. n. 15. fol. 111. solum dicit, quod in hoc Regno, tante cap. Si aliquem, voante proximiorum, patris præferat nepoti, & hoc impugnat in illis duobus Articulis, fundans, in feudi representationem concedi, & nepotem patruo esse præferendum attento jure communi, & Regni constitutione, ut de successibus, si que non debuit Ursinus ad istius casus decisionem allegari, Bilotta conf. 27. n. 15. & seq. nihil contra nos concludit.

Regens Ganaverro (ab Adversariis prætermittus) conf. 5. ex num. 155. licet ex professo materiam dicit, si aliquem, & novissimum capitulum 118. & 204. Dom. Imperat. Caroli, ac 18. Serenissimi Reg. Philippi pertractaverit, tamen ipse nobis tribuit responsionem, dum in initio illius consilii, ante summarium, & postea in cales, se subscribens, inquit, prædictum consilium scripsisse Drepani, dum ibidem esset hospes, & peregrinus, ut amico rem gratam faceret; scripsit igitur tanquam hospes, & peregrinus in materia prædictorum cap. Regni, (alioquin doctus, & non contentemæ autoritatis author,) quod ex dictis supra in hoc articulo, in quo omnibus illius fundamentis tacite satisfecimus, cullibet intuenti ad oculum apparebit.

Doctissimus denique Donatus Antonius de Marinis, supermi tui Italicarum rerum consilii meritisissimus Consiliarius (etiam ab adversariis prætermittus) lib. 1. quotidianæ resolut. cap. 126. n. 64. nobis in nihilo adversatur. Licet enim ibidem in collateralæ lineæ, ultra filios fratrum subingressione filii in locum patris, si que representationem, non dari, & inter fratres patruelis omnino cessare, ac propterea majorem natu, quamvis ex secundogenito, natu minori ex primogenito, præferendum firmaverit: loquitur tamen in terminis consiliorum, ut de successibus, per quam, (ut jam supra notavimus) successio feudalitatis in transversali linea restricta fuit ad tertium gradum, hoc est, ad filios fratrum succedentes patruo in concursu alterius patruu, ut expressè advertit ibidem num. 61. relatis verbis prædictæ constit. ibi, filii autem fratrum, ac idè, cum successio in linea transversali non ultra progrediatur, cessat inter alios posteriores agnatos, quæstio de representatione, & prærogativa lineæ, quia non entis nullæ sunt qualitates juxta vulgares regulas. Et quamvis ex novissimis gratiis Neapolitano Regno concessis, præfata successio fuerit ampliata usque ad quartum gradum, & sic ad fratres patruelis, dummodo descendant per lineam masculinam in primo domino, & stipite feudum, ut constat ex pragmat. 11. de feudis, ubi Rovitus, & post eum Regens Ursinus de success. feudor. 2. part. qu. 10. per tot. quod & præciato loco idem Regens de Marinis prænotavit; nihilominus inter illos fratres patruelis, alteri patrueli succedentes, non datur representatio, nec locus est prærogativæ melioris lineæ, sed major natu minori anteponitur, ut ipsemet author rectissime resolvit.

Ratio est, nam prædicta extensio Regno illo per Tuz Majestatis gloriosissimos progenitores gratiosè concessa, fuit limitata ad solum illum casum successions inter fratres patruelis, alteri patrueli succedere volentes, ita demum si à primo feudo acquiretur per lineam masculinam, tam defunctus, quam successio descendens, & abque præjudicio patruu, & alterius proximioris agnati, cui vel ex gratia anteriori, vel ex dispositione præfate constitutionis successio competere posset, ut satis ad propositum rationatur Regens Ursinus de success. feud. 2. part. quæst. 6. art. 1. num. 3. cum seqq. Est autem in præjudicio patruu, & aliorum proximiorum, si prædictis patruelis ex gratia admissis ad alterius patruelis successione representatio, & prærogativa potioris lineæ fuisset communicata, prout per dictam constitutionem inter descendentes in infinitum, & inter collaterales, usque ad tertium gradum fuerat concessa, juxta tradita per Marianum dict. disput. 2. 3. & 4. per tot. quoniam hac extante prærogativa, patruelis de meliore linea representando personam patris, excluderet patruum, & alios proximiores de jure, & per anteriores gratias ad successione admissos, ac propterea ne beneficium Principis in tertii præjudicium cederet, contra regul. leg. 2. §. si quis à Principe, & S. merito, ff. ne quid in loco publico, cum similibus, non fuit communicata patruelis prædictæ prærogativa, sed tantummodo concessum, quod succederent in defectum aliorum proximiorum, dummodo per lineam masculinam descendentes, & si forte duo, aut plures in illomet gradu reperirentur, major ætate deberet præferri, ut quod successio inter eos, independentè à suis progenitoribus, & ex gratia fuit concessa, & composita, ut non semel Sacrum Consilium Neapolitanum in casibus occurrentibus decidit, teste Georgio allegat. 12. cuius meminuit Ursinus d. 2. part. qu. 9. art. 1. num. 9. & Rovitus in d. pragmat. 11. de feud. num. 71. vers. sed audio.

Unde jam appare resolutionem Doctis. Regent. de Martinis fundatam esse in illius Neapolitani Regni particulatibus legibus, constitutionibus, & gratiis, stante quod Capitula Papæ Honorii, (qui dicitur author nostri cap. Si aliquem, extendentes successione feudorum in linea transversali usque ad trineptem) non fuerunt in illo Regno recepta, ut multis probat Marianum dict. disput. 3. ac idè non posse adduci ad casus etiam similes, per nostra capitula aliter determinatos, l. cantus populus, C. de summa Trinitate, cum aliis supra n. 163. nam in Regno nostro stante dispositione dictæ cap. volentes, feudorum successio in linea transversali in infinitum extenditur, saluti Regiæ Curie jurius consuetis, (ut est notissimum,) & per prædicta capitula novissima prærogativa lineæ, & in ea representatio fuit in præfata linea collateralari, apertè declarata, ut supra ostendimus.

Quomodo exaudiendi sunt omnes alii DD. Neapolitani, qui inter patruelis, alteri patrueli succedentes, representationem, & lineæ prærogativam, locum non habere, scriperunt, ac etiam ex eadem ratione regulantur, qui pro nobis ad favorem lineæ in hoc articulo adducti sunt, ut intelligi debeant juxta terminos dictæ constit. ut de successibus cap. consideratis Regni illius, de quo Martinianus, & ab eo relati dict. disp. 2. num. 27. vers. quoniam, & novarum gratiarum, ac non aliter, prout ex eisdem non obscure percipiuntur.

Decisiones verò causarum, quas in Regni Tribunalibus ex adverso dicitur fuisse obtentas ad favorem gradus proximioris, & in pari gradu pro majore natu, nempe in causis Solafani, Saccanorum contra consilium Soccini, Caltabitoræ Lingue grossæ, Comisi, Feudi de Xiamusco, & denique Fluminis Dionysii; omnes prolatæ sunt in terminis dicti cap. Si aliquem, & ante editionem novissimum capit. sed in aliis diversissimis à casu nostro, scilicet in feudis novis, stante dispositione primi acquiritoris, aut in quibus non aderat clausula juristrancorum, vel non erat successio ab intestato, ac idè Adversariis non proficiunt, nec nobis obstant.

Aliæ autem decisiones, quæ allegantur post publicationem dictorum cap. noviss. nempe in causa Biscaris, Camemi, Roccafloriæ, & de Caputarlo, sunt etiam in satis diversis terminis; quia in causa Biscaris aderat dispositio testamentaria Guillelmi Raymundi, qui in pari gradu masculinum femine, in dispari verò proximiorum præferri disposuit, & nullus ex concurrentibus erat de familia ultimi morientis, nec primi investiti, si que non poterat attendi dictorum cap. provisio. Sed nihilominus in M. R. C. dictum fuit ad favorem Don Horatii de Paterno, tam quam

quam de meliori linea, & de sententia Concistorii non constat, quia transactio fuit causa sospita, & Don Horatii successores de facto prædictum feudum possident, videndus Corsetus consil. 11. numer. 5. versio. rufus voluit, & in fine conf. vers. sed quæquid sit.

351 In causa Camemi, jus successions delatum fuerat ante editionem dicti cap. 18. Dom. Regis Philippi, & idè ejus dispositio locum habere non potuit, cum lolummodo pro casibus futuris ad Dom. Rege approbata, videndus Amat. dicta resolut. 1. ad finem, & nihilominus, ut ipse Amat. testatur, extitit votum contrarium eximii juris Consi. D. Blasci Joppolo, & baronia prædicta remansit apud illos, qui de meliori linea descendebant, non obstante quod, qui succedere prætendebat, uti de meliori linea, erat consanguineus in ultroiori gradu, & non filius ex secundogenito, ut in casu nostro, imò nec militabat ratio conservandi feudum in familia.

352 In causa Roccafloriæ aderat dispositio testamentaria, quæ debuit attendi, & hac ratione exclusus fuit nepos ex primogenito filio, per patruum secundogenitum, uti proximiorum, quod apparet ex eademmet decisione, per quam feuda Sancti Basilii, in quibus pro Domino Petro Bonanno eadem militabat ratio, fuerunt adjudicata Donna Francisca de Aragon. cui de eis fuit concessa manutentio juxta dispositionem testamentariam primi acquiritoris.

In causa denique de Caputarlo concurrerant masculus, & femina in pari gradu, & idè ad favorem masculi, nempe baronis Sancti Juliani (licet de inferiori linea) fuit votatum, quia Judices pro constanti habuerunt dictum cap. 18. Dom. Regis Philippi habere locum, quia masculus concurrat cum femina in pari gradu, quo casu femina non potest se letari prærogativa lineæ, quoniam non est in linea qualitatibus, ex dictis supra n. 327. & seqq. & adhuc lis pendet in Tribunali Concistorii S. R. C.

353 Ex quibus deducitur, omnia adversæ partis fundamenta esse diruta, & subsistere non posse; ac idè conclusum esse in casu nostro Mazarenæ Comitum, utpotè de meliori linea, manuerint deubise in possessione prædictorum Statutum, & feudorum, prout in similibus, & etiam diversis tenuimus decisum esse in hoc Regno in quamplurimis causis, scilicet Campifranconi contra cons. Tobie Benafati, apud Lunam dict. conf. 17. per duas sententias conformes confirmatas in Sacro Rerum Italicarum Consilio, Ramuriaræ, seu Surianæ in Trib. Concistorii, Canicatti, de qua testatur Amat. d. resolut. 1. n. 87. Jarrantana, & de Calamanzano, & Biscaris in M. R. C.

354 Et hanc opinionem faventem prærogativæ lineæ sequitur fere præcipue recentiores ex nostris Siculi melioris notæ, & polioris literature, in terminis capit. Si aliquem, Blacus Lancia ibidem quæst. 2. versio. profecto, & Joann. Alfonsus de Septimo in cons. Cacabi, Alcamii, & Calatravini, in terminis noviss. cap. Milanens. Muta, Matritill. Amat. Coita, Cutellus, Giurba, Baronius, & alii in hoc discussi laudati, quibus adhaerent celeberrimi Juris Consulti Scribentes in prædictis causis decisis, & etiam in causa Licordia, in qua alii permulti de exteris se subscriperunt (quorum nomina reticemus, quia ipsorum consulationes, & allegationes non habentur præ manibus, & raro reperitur) idcirco illam, utpotè veriorum communiorum, & juris principis, ac prædictorum capitulorum mentis, & verbis magis consonam amplectimur.

355 Ad prædictis denique non recedendo; non proflus contentendum judicavimus, quod ex parte Mazarenæ Comitum ad excludendam proletem majores ætatis, in qua sola Raendix Comes moxem adificii superimpoluit, ut illam hac successione excluderet, ingeniosè, & non infeliciter fuit in allegationibus manuscritis propositum: nempe, prædictum Comitum Mazarenæ debere succedere ex performance Don Gabrielis Branciforti fratris paterogeniti, licet mib. furd, & imperfecti (de quo supra meminimus in facti narratione, verò. Don Joannes secundogenitus) eo quod præfatum Raendix Comitum atate præcedit, & quamvis ipse non succedat ut retineat, tamen succedit ut restituat agnatis proximioribus.

356 Indegere discipulatio ista longiori calamo, ac pleniori examine; sed ne justificationes istæ in volumem crescant, omittimus illam problematicè discutere, & ex superabundanti, pro uberiori judicii nostri comprobatione, illud contenti dicere sumus, quod licet pro utraque parte sint Doctores summe autoritatis, valde probabilè estimari potest, mutum, & furdum, aut alià à natura imperfectum, à successione feudi exclusum, per textum in cap. 1. ac mu-

tus, vel aliàs imperfectus, cap. 1. §. mutus, tit. Episcop. vel Abbat. habitu, & potentia capace, esse, quoniam actu feudum in eo non consistit, propter impedimentum, quod illum inhabilem ad militare servitium reddat. Ex quo DD. firmant, quod si talis imperfectus filium habeat, succedit filius ei, non obstante patris imperfectione, ut cum Baldo, Tiraquello, Menochio, Intrigliolo, Gregorio Lopez, & aliis notant Giurba de success. feudor. §. 2. glof. 4. post n. 40. versio. declaratio non, & glof. 11. a num. 40. Matritill. ad Petr. Greg. de concess. feudis, parte 4. quæst. 8. lit. B, versio. subintrigillo, Camill. de Lavata in Teatro feud. part. 6. dilucid. 24. n. 4. & Carolus de Grassi, de effect. Cleric. effect. 4. n. 39. & si filium non habeat, sed fratrem, iste succedit, ut post Scribentes in dicto cap. 1. an mutus, vel aliàs imperfectus, docent Luna conf. 3. Petr. de Greg. de concess. feud. dicta part. 4. quæst. 8. numer. 28. & 29. Paulus Christifoneus decis. Belgic. 151. numer. 1. cum seqq. tam. 1. ac si fratrem non habeat, succedunt agnati proximiores, Alvarot. de feud. titul. que sit prima causa benef. amir. cap. 1. §. fin. numer. 20. quem, & alios refert, & sequitur Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 1. a n. 570. Ursinus de feud. 1. part. qu. 8. art. 1. n. 45. Sonesbek de feud. part. 13. n. 100. versio. tertia conclusio est, Balzarar. de feud. in rubr. tit. an mutus, num. 4.

Nec obeit dicere, prout ex adverso dicebatur, talem à natura imperfectum pro mortuo haberi, vel ac si natus non esset; nam respondent mutum, furdum, aut aliàs à natura imperfectum, suapte natura successibilem esse, & solum illi obitare casuale impedimentum, quod illum reddit inhabilem ad deservendum, ut docent Andreas de Iternia in d. §. mutus, tit. Episcop. vel Abbat. numer. 5. versio. sed quia, & num. 6. Monach. de feud. 1. part. cap. 57. numer. 25. & 26. videndus, numer. 14. ac proinde Baldum sequutus inquit Balzarar. dict. tit. an mutus, cap. 1. n. 10. versio. ultimo notæ, quod feudum in mutis, & furdis, habitu saltem, licet non actu consistit. Unde Doctores nostri, qui in terminis e. si aliquem, vocantis proximiorum, patruum secundogenitum, nepoti ex filio primogenito præferunt: filium primogeniti imperfecti adhuc viventis, patruo præferendum constantè asserunt, ut videre est apud Petr. de Gregor. de concess. feudis, part. 4. quæst. 8. ad fin. Cumia dict. cap. 5. aliquem, verbo masculus, n. 29. Intrigliol. de feud. tit. 2. art. 3. n. 17. & 18. addit. ad conf. 5. Aloyssi de Sept. numer. 5. & in filio primogenito furioso, qui verè incapax esse magis, quam mutus, & furdus, hic enim (si signis eloceri potest) ex probabiliori sententia matrimonium contrahere, & alios actus facere valet; ille autem si in furore perleverat, nullo modo capax est, videndus Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 8. a num. 12. versio. Paulus Zach. in quæst. Medicolegal. lib. 2. qu. 8. de mutis, & furd. num. 9. quod stante statu vocante proximiorum, aut sequentem in gradu, succedat ad exclusionem patruu secundogeniti, dixerunt Casillo Sotomajor. contr. lib. 3. c. 13. n. 54. & 55. Giurba de success. feud. §. 2. glof. 6. n. 84.

Ex quibus deducitur, mutum, furdum, aut imperfectum, non haberi pro mortuo, seu non nato, quandoquidem præciat DD. ex ipsius imperfecti persona, filium ejus ad successione admittendum esse aliis exclusis proximioribus intrepidè concludunt: quod evincit patrem saltem habitu successibilem esse, & ab eo in filium successione derivari: non ita dicendum, si pro mortuo, aut non nato, imperfectus esset habendus.

Et fortius probatur ex textu in dicto cap. 1. tit. an mutus, vel aliàs imperfectus, ibi, quidam tamen dicunt, eum qui talis natus est, feudum retinere non posse, quia ipsum servare non valet. Ex quibus verbis juncto principio illius textus manifestè colligitur, Sapientes Mediolanenses, non aliaratione fuisse motos ad denegandam feudi retentionem taliter imperfecto, nisi quia militare servitium, stante illo impedimento, præstare non poterat, quod & indicant verba sequentia, ibi, Sic dicitur in Clerico, & femina, & in similibus, quos certum est capaces esse successions, sed idè feudum non retinent, quia deservire non possunt. Unde non rectè dicitur, imperfectum haberi pro mortuo, aut pro non nato, & ibidem non posse succedere, & licet comparetur femina, hoc magis evincit suapte natura successibilem esse, prout in Regnis utriusque Siciliæ ex d. constit. ut de successibus, videmus observatum in feminis, quæ succedunt in feudis, & deservunt pro substitutis.

Uterius, & ex eodem textu evincitur solam retentionem imperfecto prohiberi, & per consequens successione de facto propter illud impedimentum, non autem successione de jure, idcircoque dicunt DD. quod succedit de jure, non